- In baptismo triplex res sacra demonstratur, gratia iustificas, passio Christi, & vita æterna. 1. 37
- Baptismus primò in lege naturæ adumbratus, deinde in lege Moïsi, & in Euangelio, tum à Christo promissus, postea disertis verbis imperatus, postremò passim exhibitus, & commendatus legitur. 4. 253
- Baptismus aliquo modo est exemplar, aliquo modo imago diluuij. 3. 206. vide 1. 36. & 77. 82
- Baptismus confertur cum Sacramento confirmationis. 2. 160. & 165.
- Confertur cum Eucharistia. 3. 340. 431. 497
- Confertur cum Pœnitentia. 4. 84. 85. 86. 359. 357. 390. 409. 410
- Con-

Confertur etiam cum Ordinatione. 5. 40. 41. 42
 Vera ratio similitudinis inter externa symbola baptismi, &
 sacramentorum cæterorum à fine sumenda est, ob quem
 Sacramenta instituta esse constat. 4. 69

De materia Baptismi.

Hereticorum deliramenta circa materiam baptismi, varia
 sunt. 1. pag. 2 3. 4. 5. & 308. 2. pag. 7. & 8

Nullus liquor est materia baptismi, qui non sit vera, & na-
 turalis aqua. 2. 8

Omnis vera, & naturalis aqua, quantumvis accidentaliter
 alterata, & mutata, est materia idonea ad baptismum.
 ibidem.

Cur aquam Deus elegit potius, quàm aliud elementum.
 ibidem.

Aquas consecrauit Christus tactu suæ mundissimæ carnis. 1.
 209. 2. 28. 120. & 131.

Aqua baptismi vim habens ex Christi passione, & fide susce-
 pta, propriè purgat peccata. 1. 177. 178. 179. 183. 196. 198. 199

Per aquas baptismi, de Diabolica seruitute liberati, gratias
 Deo agere debemus. 1. 141. 202

In baptismo aspergimur aqua, ad significandam internam
 lotionem animæ. 3. 49. & 408

Asperio aquæ baptismi potest fieri in fronte, & extra fron-
 tem; immò nunc ordinariè vertici infantium infunditur
 aqua. 2. 150. Confirmationis autem Sacramentum non
 proficitur nisi in fronte. ibid.

Baptismus in actione consistit, nempe in ablutione, quæ ve-
 rè est Sacramentum baptismi. 3. 430. 431. & 735. & seq.

Baptismi pars materialis, videlicet ablutio, Sacramentum
 nominatur. 4. 49

Mersio, & immersio in baptismo admonet nos mortis, qua
 mori debemus peccato; & resurrectionis, qua resurgere
 debemus ad nouam vitam. 2. 5. 66

Baptismus trina mersione collatus, nõ magis iustificat quàm
 si vna tantùm mersione conferatur. 3. 555

De forma Baptismi.

Errores circa formam Baptismi. 1. à pag. 91. & seq. 114. 116.
 117. 2. pag. 9. 10. & 11.

Con-

Concio Calvinistarum, baptismum præcedēs, nullo modo esse potest forma baptismi, vt ipsi confingunt. 1. 91. & seq. 97. 98. 99. soluuntur argumenta Caluini. 1. à pag. 103. & sequent.

Baptismus si daretur in nomine Christi, aut alterius cuiusuis personæ, sine expressione aliarum, aut absolutè, aut sub conditione repetendus. 2. 11. 12. & 13

Vera forma Baptismi est hæc: Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti explicantur singulæ particulæ. 2. 11. 12. & 13

Veritas & necessitas huius formæ vnde colligatur. 1. 95. & 96. 2. 11. 3. 492. 499.

An veteres disertis verbis scripserint formam baptismi esse hanc dictam: Ego te baptizo, &c. 2. 193

In Baptismo requiruntur verba, vt forma Sacramenti in ipsa celebratione mysterij. 1. 86. & 93

Verba, quibus efficitur baptismus, non diriguntur ad aquam, sed ad hominem. 3. 431

Hæc verba à Domino præscripta in Baptismo, non habent formam instructionis, sed inuocationis, & benedictionis. 1. 100

Christus determinauit formam baptismi, cum in eius baptismo tota Trinitas sensibiliter apparuit. 2. 8

Inuocatio Trinitatis est verbum quo consecratur Baptismus. 1. 97. 98. & 105

Formæ baptismi variatio contingere potest per additionem, detractionem, mutationem, corruptionem, transpositionem, & interruptionem. 1. 115. & 116

De forma Græcorum dicentium, Baptizetur seruus Christi in nomine Patris, & Filij, & Spiritus S. 1. 117. & 2. pag. 10

De necessitate Baptismi.

Pelagiani olim dixerunt baptismum non esse necessarium ad remissionem peccati originalis, sed solum ad assequutionem regni cælorum. 2. 16

At Ioânes VViclef, Zvinglius, Bucerus, Calvinus, & Bullingerus, hi oēs, Pelagianis multo audaciores, non solum ad remissionem peccati, sed etiam ad regnum cælorum negant baptismum esse necessarium. 2. 16. 17. Contra

Contra hos Concilium Tridentinum statuit Baptismū esse
necessarium ad salutem, quæ veritas probatur ex Dei ver-
bo expresso. 2. 16. ex traditione Ecclesiæ. 2. 19. ex testimo-
niis Pontificum, & omnium ferè Patrum. 2. 19. deniq; ex
ratione. 2. 20. 21. 22.

Sine baptismo infantes fidelium salui esse non possunt, si ex
hac vita recedant. 2. 16. 18. 19

Præter baptismum non datur aliud remedium pro paruulis.
2. 16. 25. & 26.

Sine baptismo saluari paruulos prædestinatos, est ineptissi-
ma responsio hæreticorum. 2. 20. 25

Paruuli, etiam si sine sua culpa non baptizantur: non tamen
sine sua culpa pereunt, cum habeant originale peccatum.
2. 25.

Baptismus necessarius in re, vel in voto. 2. 37. Vide r. pag. 121.
127. & 220. 4. 333.

Baptismo egere incipimus continuò ac nati sumus. 2. 63

Baptismus non differendus vsque ad mortem. 2. 109

Baptismi semper est tempus. 2. 64

Sine baptismo non profunt Sacramenta cetera. 5. pag. 7

Sine baptismo Iatro saluatus est. 1. 127. 4. 205

Pro necessitate baptismi, vide Ananiam exhortatū esse Pau-
lum ad baptismum suscipiendum, cum iam vas electionis
factus esset. 4. 198. & 199

*Quo tempore cœperit Baptismus esse necessarius, &
de institutione Baptismi.*

Baptismus ante Passionem Domini institutus est. 2. 26

Baptismus, quo discipuli Christi baptizabant ante eius pas-
sionem fuit Sacramentum illud, quod nunc habemus, &
de quo fit mentio Matth. vlt. non autem fuit præparatio
ad fidem, vel in aqua tantum sine spiritu, & sine remissio-
ne peccatorum. 2. 26

Baptismus Christi institutus est, quando Dominus ipse in
Iordane à Ioanne baptizatus est. 2. 28. & 32

Baptismus Christi non fuit necessarius necessitate mediij, aut
præcepti ante Christi mortem. 2. 28

Baptismus Christi cœpit esse necessarius necessitate mediij
simpliciter, & præcepti à die Pentecostes. 1. 121. 2. 28

E
Apostoli

Apostoli quia in baptismo, quem aliis conferebant, nihil suum agnoscebant, nisi nudum ministerium, nūquam appellarunt baptismum suum. 1. 151. 2. 114. vide supra v. Apostoli.

In baptismo præcipuus auctor est Christus non Minister. 1. 151. 188. 208. 226. & 264

Baptismus fluxit ex latere Christi. 1. 66. 208. 303. 2. 18

De Baptismo sanguinis, & flaminis.

Martyrium rectè dicitur, & est quoddam baptisma. 2. 31. vide infra v. Martyrium. & 1. pag. 203

Martyrium conuenit cum baptismo in configuratione hominis Christi passioni & morti, in remissione peccati originalis, & reliquis omnibus, si quæ sint admissa. & in remissione omnis pœnæ peccato debite, tam æternæ, quàm temporalis. 2. 32. & seq.

Perfecta conuersio, ac Pœnitentia rectè baptismus flaminis dicitur; & baptismum aquæ, saltem in necessitate supplet. 2. 37. vide 1. pag. 203.

Tam Martyrium, quàm Pœnitentia peccata remittunt; non autem sola fides, qua Martyres, aut pœnitentes Christum apprehendunt. 2. 38

Martyrium, & conuersio ad Deum, licet baptismata quædam sint: non sunt tamen Sacramenta. 2. 39

De Ministro Baptismi.

Ius baptizandi ex officio ordinario conuenit solis sacerdotibus, id est, Episcopis, & Presbyteris. 2. 39

Diaconis quoq; ex officio conuenit baptizare, sed in absentia sacerdotum, aut eorum iussu. 3. 40

Nunquam licet laicis solenniter baptizare, neque etiam priuatim, præsentem sacerdote, aut Diacono, aut etiam iis absentibus, extra casum necessitatis. 3. 40

Ad baptismum non est necessaria clauium potestas. 4. 58

Laicis baptizatis licet in casu necessitatis baptizare. 2. 40

Non baptizatis in casu necessitatis licet baptismum dare si sciant ritum. 2. 40

Non modò viri, sed etiam fœminæ in extrema necessitate possunt baptizare. 2. 42. 46. 47

Verus

Verus minister baptismi, quilibet homo esse potest. I. 136

Iudas etiam baptizavit. I. 152

Nemo potest baptizare seipsum, quia repugnat in eo ratio signi. 2. 12. 3. 735. 5. 98. & 117. neq; baptizari potest vnus pro altero. 3. 778. 728

Deus est, qui principaliter baptizat, licet per Ministros suos. I. 151. 187. 208. 303. 240. 264. 2. 27. 3. 42. 4. 256.

In baptismo, quando Minister vtitur rebus, & verbis; tunc etiam Deus vtitur rebus, & verbis. I. 228

Baptizans applicat precium per passionem Christi acquirunt. 3. 751

In Ministro requiritur intentio faciendi, quod facit Ecclesia Christi vera in genere. I. 117. vide I. à pag. 155. vsq; ad 164. & 211.

Intentio introducendi nouum ritum in Ecclesia, etiam si accidentaliter mutet formam; non perficit Sacramentum. I. 116.

Intentio requisita, est respectu operis, non vt est opus quoddam naturale, & quod ioco fieri potest; sed vt est opus sacrum, seu vt est cæremonia, quam Christus instituit, siue qua Christiani vtuntur. I. 160

Baptismus posset conferri per iocum, vel cum intètionem Sacramentum conferendi, sed ob finem recreandi animum; vel sine hac intètionem, sed cum illusione, & deceptione. & hoc modo nõ teneret baptismus, primo autem modo teneret. I. 165. 167. 168. vide etiam I. 159. 155. & 170.

De Mimo quodam nomine Genesio verè, & seriò, & non fictè seu per iocum baptizato. I. 155. & 166

Non debemus dubitare an Minister habuerit intentionem conferendi nobis baptismum; nisi aliquo signo exteriori id prodat: sed debemus acquiescere in accepto baptismo, cum habere intentionem sit res facillima. I. 167. 170

De suscipientibus Baptismum.

De baptismo infantum præcipuè, utrũ scilicet infantes capaces sint baptismi; siue an liceat infantes baptizare cõtra Anabaptistas. vide infra v. Infans. & paulò antè vbi de necessitate baptismi. 2. 15. 16. 18. & 19

- Fuit hæresis tempore S. Bernardi, quæ docuit non licere infantibus baptizare. eadem est huius temporis Anabaptistarum, non licere baptismum tradere, nisi adultis, qui baptismum per se flagitant. 2. 49
- Præter hos hæreticos, duo auctores, Erasmus videlicet, & Ludouicus Viues, obliquè id ipsum docuisse videtur. 4. 50
- Catholica Ecclesia semper docuit infantes baptizandos. probatur ex scripturis. 2. 50. ex testimonio Ecclesiæ, quæ tanquam traditionem Apostolicam id semper & docuit, & seruauit. 2. 53. denique ex ratione. 2. 53. soluuntur obiectiones Anabaptistarum. 2. 56. vsque ad 66
- Quid sentiant Aduersarij de fide, quæ requiritur in baptismo paruulorum. 2. 67. & seq.
- Infantes non habent actualè fidem dum baptizantur. 2. 72. neque habent vllos novos motus, & inclinationes similes actibus fidei, & dilectionis. 2. 73
- Non tamen iustificantur sine vlla fide. 2. 75. sed illis in baptismo infunditur habitus fidei, spei, & charitatis. 2. 76
- Credunt autem, partim re ipsa dum baptizantur (quia ipsum baptizari, infantibus est credere) partim aliena fide. 2. 25. & 78.
- Baptizantur ritè infantes, surdi, amentes, dormientes, & ægroti à sensibus alienati, dum modo indicare possint aliquo modo suam voluntatem; vel constet, eos antea baptismum desiderasse. 1. 207. & 333
- Fides aliena paruulis prodest, quia eos ad baptismum adducit, & quia hoc modo Deum honorant, & colunt dum fidem profitentur, & Sathanæ abrenunciant, & implent quæ ad ritum baptismi pertinent, saltem per os alienum. 2. 79.
- Hæc fides aliena est necessaria ad solennitatem ritus, ac ceremoniæ, non autem ad essentiam iustificationis, vel baptismi. 2. 79
- Mandatum de baptizandis paruulis ex scripturis, & traditionibus colligitur. 2. 50. 52. 56. 60
- An aliqui infantes baptizati sint à Christo, à Ioanne Baptista, & à Paulo. 2. 57
- Per baptismum, in numerum vocatorum adscribuntur paruuli. 2. 54
- Ante

- Ante vocationem baptismi non potest tribui paruulis iustificatio sine baptismo. 2. 75
- Contingit aliquando, vt offerentes, & parentes, & ipsi baptizantes sint infideles: & tamen verè, & vtiliter datur infantibus baptismus. 2. 73
- Adulti iustificantur per fidem, & contritionem veram, antè quàm re ipsa ad Sacramètum accedant. 1. 239. vide 4. 192. 197. 198. 199. 208. & suprà v. Absolutio.
- In Baptismo adultorum requiritur duplex fides, actualis vna, quæ præcedit baptismum, habitualis altera, quæ sequitur. 2. 78
- Fides, & dilectio inchoata, & Pœnitentia, saltem imperfecta, requiritur tam ante baptismum aquæ, quàm ante Martyrium, sine affectu ad aliquod peccatum. 2. 33. 35
- Baptismi susceptio, est fidei professio, & commemoratio, & prædicatio Christi. 2. 62. recipitur etiam fides in baptismo. 2. 74. 75
- In baptismo, non est fides quæ propriè purgat peccata, sed aqua, vim habens ex Christi passione, & fide suscepta. 1. 177. 178. 179. 183. 196. 199. & seq.
- Adultorum probatio, & instructio quædam ante baptismum. 1. 97. 2. 64
- De adultis intelligitur locus ille Marci, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, &c. 2. 59
- In adultis, quis ordo seruandus, ante, & post baptismum. 2. 57
- Adultis nō mutabatur olim nomina in baptismo. 2. 141. 142
- Baptizandi sunt ij, qui baptizati sunt sine intentione. & in re dubia præstat repetere baptismum, saltem sub cōditione, quàm exponere se periculo amittendi baptismum. 1. 168
- Baptizatus debet sentire vim aquæ in baptismo, esse à Spiritu sancto. 2. 58
- Baptismus non prophanatur cùm datur immundis; sed contra potius sanctificat, & purgat immundos. 2. 24. neque prophanatur etiam si detur reprobo. 2. 58
- Baptismus hæreticorum modò detur verbis præscriptis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, approbatur ab Ecclesia. 1. pag. 9. 18. & 99. sed præcipuè 1. à pag. 145. vsque ad 156. 2. 46. atque idem dicendum de malis Catholicis, quod habetur locis citatis.

- Baptizati à Christo fuerunt beatissima Virgo, & beatus Petrus. 2. 58
 Integræ familiæ baptizate. 2. 52. & 58
 Baptismo Christi sunt baptizati Apostoli, item Apollo. 2. 133
 Ad baptismum accedere, negligentes esse non debent Catechumeni. 4. 205
 Ante baptismum non leguntur Apostoli confessionem exigisse. 4. 260

De effectibus Baptismi.

- Veri effectus baptismi apud Catholicos tres sunt. Primò baptismus tollit ac delet verè omnem culpam. 2. 8. & seq.
 Secundò baptismus confert ex opere operato gratiã, & dona diuina, quibus verè, & formaliter iustificatur homo. 2. 81. & 102. vide etiam 2. 116.
 Tertio baptismus imprimit indelebilem characterem, ob quem reiterari non potest. 2. 81. vide v. Character.
 Ad hos tres effectus baptismi reuocantur illi, quos Patres enumerant. 2. 81. 82
 Baptismi efficacia non se extendit ad futura, sed solùm ad præterita; remittit enim peccata antea commissa, & nõdum dimissa; non autem delet peccata futura. 2. 102. & 106. 4. 88.
 Baptismo purgantur peccata futura, non immediatè, sed mediatè. 2. 107
 Baptismi suscepti fides, & memoria non dimittit peccata. 2. 101. 102. 103. & seq. 3. 528.
 Baptismi effectus est remissio peccatorum præteritorum, finis autem, vita beata futura. 2. 107
 Baptismus excellit omnibus aliis Sacramentis, quoad effectum remittendi peccata. 1. 312. & primo loco numeratur in ordine. 1. 313
 Baptismus institutus est ad peccata immediatè tollenda. 3. 774. vide: 4. 84. 85. & 326.
 In baptismo, non sola interna ablutio, sed etiã externa mundat animas; illa formaliter, ista efficienter. 3. 50
 Baptismus an conferat primã gratiam. 2. 32. 35. 36. Quod conferat gratiam ex opere operato. vide infra in v. Sacramentum; vbi de effectibus Sacramentorum in genere.
 Pactum

- Pactum Dei in baptismo initum. I. 281. 282
 Promissio gratiæ in baptismo, conditionata, non absoluta.
 I. 291. 2. 105. 107. 108.
 Baptismus, non est sigillum acceptæ gratiæ (Calvinus enim
 somniauit hunc nouum tropum) sed est instrumentum
 conferens gratiam, & signum gratiæ, quæ tunc datur in
 baptismo. I. 191. 2. 24
 Formalis iustificatio datur in baptismo. I. 216
 Baptismus quomodo iustificet secundum hæreticorum sen-
 tentiam, & quomodo longè aliter secundum Catholi-
 cos. 2. 101. 102
 Baptismi gratia amissa, non potest iterum recuperari per
 baptismum. 2. 202. neque est expectandum secundum ba-
 ptisma. 4. 221
 Post baptismum, Pœnitentia est secunda tabula post naufra-
 gium. 2. 201. 202. vide v. Pœnitentia. Per satisfactionem
 verò esse resurgendum à peccatis post baptismum com-
 missis, nullus Catholicorum dixit. 4. 409
 Ad nauim baptismi non possunt redire ij, qui peccant post
 baptismum, sed indigent alio remedio, videlicet Pœni-
 tentia. 2. 102. 103. & seq.
 In Sacramento baptismi reperitur actio propria, nempe lo-
 tio, sed hæc quatenus naturalis actio non est causa gra-
 tiæ, sed vt est res quædam. I. 227
 In baptismo datur Spiritus sanctus. 2. 152. 158
 In baptismo non sola gratia Dei operatur, sed opera etiam
 Adulti, vt dispositiones. 4. 410
 Baptismus refertur ad nostram sanctificationem. 3. 718
 Tres effectus regenerationis, & iustificationis, quæ fit in
 baptismo. I. 272
 Baptismi, & aliorum Sacramentorum character (in quibus
 imprimitur) probatur ratione. I. à pag. 277. & seq.
 In baptismo transit homo à Diabolo ad Christum, & adscri-
 bitur in eius familiam, & accipit potestatem participandi
 Sacramenta, aliaque bona Ecclesiæ Christi. I. 270
 Baptismus ex cõmuni sententia, aliquid Sacramentale con-
 fert, etiam si detur, & percipiatur sine fide; & hoc Sacra-
 mentale, est Character. I. 278

- Per baptismi Characterem ius habemus ad Sacramentum
pœnitentiæ, quod Sacramentum percipere non possunt,
qui baptismo carent. 2. 107
- Baptismus non potest repeti, si fuerit semel ritè collatus. ac
vera, & sola causa huius est, impressio Characteris. 1. 270.
278. & 283.
- Qui vellet iterum baptizari, iterum sibi Christum crucifige-
ret. 4. 221. Qui nam rebaptizarent olim, Ecclesia recla-
mante. 1. 283
- Baptismus in suo quodâ effectu, id est, Characterem, semper
manet; non tamen eam vim habet, vt per modum signi
vsibilis promissionem confirmare possit. 4. 89
- Effectus Baptismi Christi significati in apertura cœli, in de-
scensu Spiritus sancti, & in descensu columbæ super caput
Christi, &c. 2. 27. 120. & 131
- Baptismus homines spirituales ex animalibus efficit. 2. 67.
vide 1. 283.
- Facit nos filios Dei, filios & fratres Christi; & fratres alio-
rum renatorum. 2. 21. 27. 64. & 144
- Est perfectum Sacramentum, & perficit homines imperfe-
ctos, & est similis medicinæ corporali. 2. 62
- Baptismi vnus effectus est testimonium bonæ conscientiæ.
2. 66.
- In Baptismo datur obsequatio virtute Spiritus sancti. 1. 273.
274. 275.
- In Baptismo Christiani nō accipiunt potestatem omnia Sa-
cramenta ministrandi. & hoc notamus aduersus Luthe-
ranos. 1. 130. 136. 137. 138. & seq.
- Baptizandi potentia minor est, quàm consecrandi, nam per
baptismū & Eucharistiam datur remissio peccatorum, &
præterea per consecrationē fit conuersio panis, quæ nō fit
per baptismum. 1. 143. contrarium dixit Lutherus. 1. 139
- In Baptismo Diabolus amittit omnem virtutem. 1. 202
- Iis qui sunt in Christo iam per baptismum renati, & iustifi-
cati, noua vita necessaria est. 4. 154
- In baptismo repræsentatur Christi mors. 1. 37. 66. 196. 239.
265. 280. 2. pag. 5. 14. 62. 65. & 86.
- Baptismi Sacramentum significatur nomine ignis. 1. 191.
2. pag. 8. & 118.

Baptismi

Baptismi complementum & perfectio, est Confirmatio. 2.

200

Per baptismum homines admittuntur ad Ecclesiam. 2. 54. 4.
234. & quod ius acquirat Ecclesia super homines bapti-
zatos. 2. 55

Post baptismum in primitiua Ecclesia dabatur Spiritus san-
ctus in forma visibili ignis per impositionem manuum
Apostolorum. 2. 118. vide v. Apostoli. v. Confirmatio, & v.
Manus impositio.

Post baptismum Christi sequitur ignis tribulationis, & ignis
diuini iudicij, & ignis purgatorij. 1. 191. 2. pag. 8. & 118

Doctrina de baptismo ad incipientes, non ad perfectos per-
tinet. quod est contra Anabaptistas, qui baptismum per-
fectorum esse volunt. 2. 65

Baptismus & manus impositio sunt duæ actiones diuerso
tempore factæ ab Apostolis. 1. 189

*Quinq; alij effectus Baptismi consinguntur ab hereticis,
qui sunt quinq; expressi errores de Baptismo.*

2. 81. 87. & sequentib.

Primus ipsorum effectus, seu error est: Baptizatum non posse
damnari, etiam si velit, nisi nolit credere. 2. 81

Contra quem errorem dicendum est; Baptismum non id
efficere, vt baptizati non possint gratiam Dei amittere,
nisi nolint credere. 2. 83

Secundus ipsorum effectus siue error: Quòd baptismus libe-
ret ab obedientia diuinæ legis. 2. 82

Contra dicimus; Baptismum non id efficere, vt homo so-
lius fidei debitor sit; non autem implendæ vniuersæ legis
Christi. 2. 92

Tertius effectus siue error: Quòd baptismus liberet ab hu-
manarum legum obseruatione. 2. 81

Contra dicimus; Baptismum non liberare homines ab ob-
ligatione Ecclesiasticæ legis. 2. 95

Quartus effectus siue error: Quòd baptismus liberet ab om-
nibus votis. 2. 81

Quintus effectus, siue error: Quòd sola memoria baptismi
iustificet à peccatis, quæ sunt post baptismum. 2. 81

Contra dicimus; Non posse fieri, vt sola memoria & fide su-
scepti

septi baptismi peccata remittantur, quæ post baptismum sunt: sed necessarium esse pœnitentiæ Sacramentum. 2.99

De comparatione baptismi Christi cum baptismo Ioannis.

Exponuntur errores circa hanc comparationem. 2.111. & sequent.

Explicatur veritas, quæ est, baptismum Ioannis non fuisse idem Sacramentum, cum baptismo Christi. 2.113

Baptismus Ioannis non habuit eandem vim, & efficaciam, quam habet baptismus Christi, nempe remittendi peccata ex opere operato. 2.116

Probatur hoc ex Scripturis. 2.117. ex Patribus. 120. & ex ipsa persona & officio Ioannis. 2.123

Hanc veritatem oppugnare conatur Calvinus, & alij docentes, eundem ritum, eandem gratiæ oblationem, vim, atque efficaciam habuisse. 1.55. 189. 283. 288. 2.111. 117. 108. 119. 122. 128. & seq.

Baptismus Ioan. dicitur suppliciorum, quia tantum erat baptismus pœnitentiæ, & quare sic dicatur baptismus pœnitentiæ. 1.188. 2.37. 60. 114. 117. 122. 129. & 130. Christi autem dicitur lauacrum regenerationis. 1.62. 68. 188. 189. 193. 198. 212. 289. 2.86. 106. 128

Baptismus Ioannis vocatur baptismus pœnitentiæ, quia ad pœnitentiam inuitabat, & pœnitentiam pariebat, & pœnitentia remissionem. Christi autem baptismus non gignit pœnitentiam, sed per pœnitentiam preparamos à peccatis purgat, eosque renouat, & regenerat. 4.91

Baptismus Ioannis quia non remittebat peccata ex opere operato, idcirco, ad illum accedentes prius confitebantur peccata sua. 4.259. 260

Baptismus Ioannis non cœlestis, sed humanus, quia non dabat Spiritum sanctum, nec remissionem delictorum. 2.121

Baptismus Ioannis aliquo modo potuit remittere peccata, nempe ex deuotione, & fide accedentium, vel etiam ex contritione, quam homines concipiebant ex concionibus, & baptismo Ioannis. 2.116

Baptismus Ioan. in sola aqua; Christi autem, in aqua & spiritu. 1.188. 304. 2.8. 28. & 117

Baptismus

- Baptismus Ioan. fuit similis in materia baptismo Christi. 1. 188. 304. 2. pag. 8. 28. 117. 119. 123. & 130
- Baptismus Ioannis non habuit inuocationem Trinitatis, vt habet baptismus Christi. 2. 114
- Probabile est Ioannem, nulla omnino forma verborum vti consueuisse in suo baptismo. 2. 114
- Baptismus Christi iterari non potest. at baptizati à Ioanne iterum ab Apostolis iussi sunt baptizari. 1. 283. 2. 27. 112. & seq. 115. 123. 124
- Baptismus Christi est Sacramentū noui Testamenti, ab ipso auctore noui Testamenti institutum : at baptisma Ioan. neque fuit in prædicatione Christi institutum, neque à Christo mandatum, sed à Ioanne. 2. 115
- Baptismus Ioannis à Deo institutus mediante ipso Ioanne. vnde passim vocatur baptismus Ioānis. Baptismus autem Christi non dicitur baptismus Petri, Pauli, &c. ne videantur illi auctores baptismi Christi. 2. 114
- Baptismus Ioannis ad legem nouā potius pertinuit, vt quædam præparatio ad Christi baptismum. 2. 113
- Baptismus Ioannis cœpit in fine legis veteris, & non durauit, nisi annum vnum, aut paulò amplius. 2. 113
- Baptismus Ioannis sequitur Pœnitētia, vt eius effectus, baptismum autem Christi præcedit, vt eius dispositio. 2. 129
- Baptismo Christi tribuitur remissio peccatorum, vt immediatus eius effectus, at baptismo Ioannis nusquam tribuitur remissio peccatorum vt effectus immediatus, & proximus. 2. 130. vide supra 2. 116. 120. 121. 122
- Ioannes enim prædicabat baptismum quod incitabat & inuitabat ad pœnitentiam, quam qui agerent vt oporteret, consequerentur remissionem peccatorum. 2. 125
- Baptismo Ioannis baptizatus est Christus, quia proprio baptismo (qui est lauacrum regenerationis) non indigebat. 2. 120. & 130. vbi habentur multæ hæreticorū blasphemix in Christum.
- Baptismo Ioannis baptizatus est Christus, ad exemplum humilitatis; vt confirmaret baptismum Ioannis tanquam bonum, vt lauaret nostra crimina in Iordane, vt ipse in sua persona figuraret baptismum nostrum, & gratiam, quam in eo accipimus; & vt baptismum salutarem institueret,

- tueret, & consecraret. 2.131.132. vide etiam. 1.208.2.18. & 120
- Ioannes Christum baptizauit eo ritu, quo ceteros. 2.115
- Baptisma esse vnum, vel simile, nō facit doctrinę similitudo. 2.129
- Per baptismum Ioannis non erant homines illi vnū corpus, sed per circumcisionem; nunc autem sumus vnum corpus post Christi tempora per baptismum, 2.133. vide 1.193.2.64 & 108
- Post baptismum Ioannis, necessariō percipiendus erat Christi baptismus, 2.123
- Tota Hierusalem, omnis Iudæa, & regiones omnes vicinæ Iordani, ibant ad Ioannem, vt baptizarentur. 2.123
- Secundum Scripturas tria baptismata distinguuntur vnum in aqua solū, & hoc erat Ioannis, alterum in spiritu & igne solo, id est, non in aqua, & hoc est visibilis missio Spiritus sancti. Tertium est in aqua, & spiritu simul, & hoc est Sacramentum baptismi Christi. 2.118

De ceremoniis Baptismi.

- De ceremoniis baptizandorum quinam scripserint. 2.134
- Calvinus, & Illyricus damnant hos ritus, paucissimis exceptis, & novos proprio ingenio excogitarunt. sed conuincuntur debere eos concedere. 2.134
- Ritus expressus baptismi habetur. 1.289. pete in indice Scripturarum, explicationem illius loci ad Ephes. 5. mundanę lauacro aquę in verbo vitę.
- De ritu baptismi dissensio fuit in Ecclesia, an hærutici verē baptizarent. 1.325

De ceremoniis ante Baptismum.

- Ceremoniæ quę fiunt ante baptismū non sunt Sacramenta. 1.295. sed sunt præparationes ad baptismum, & accidentarię ceremoniæ. 1.16
- Has ceremonias ante baptismum aliqui dicunt intelligi per interrogationem bonę conscientię. 1. Pet. 3. 1.80
- Ceremoniæ, quę ante Baptismum adhiberi possunt, sunt 12. Contro. 2.136. & seq. Beati.

Beati.

BEATORVM corpora per resurrectionem ascensura in cœlū.

3.312

Beatorum sacerdotium in cœlo, non est nisi ad offerendas laudes.

1.140

BELLI tempore non debent desereri plebes à Clericis.

3.317

Benedictio.

BENEDICTIO Adami & Eux fuit corporalis, non spiritualis.

5.86.87

Benedictio Melchisedech facta Abrahamo.

3.645

Benedictio sacerdotalis, quæ fit catechumenis ante baptismum.

2.140

Benedictio, & consecratio Chrismatis. probatur ex traditione Ecclesiæ, sanctorum Pontificum, ex Conciliis, & ex Patribus.

2.180. & 181

Benedictio olei & balsami per orationes, & signum crucis.

2.204

Benedictio à Christo facta ante consecrationem panis.

Benedictio panis, & vini facta à Christo in cœna illis verbis, Hoc est corpus meum. & Hic est sanguis meus, consecratio, & hoc modo pro eodem sumitur benedictio, & consecratio.

3.491. & 492. 494. 688. 762

Benedictio panis facta à Christo in Emaus.

3.563. & 564

Benedictio, quæ fit ab Episcopis, & Presbyteris in fine Missæ.

3.897

Benedictio sacerdotalis in Matrimonio.

5.119. 120. vide etiã.

5.214. 215. & 301

Benedictio secundis nuptiis non datur.

5.119

Benedictio mensæ utilis.

3.105

Benedictiones variæ, vt Aquæ, Rosæ, Ensis, Agni Dei, Herbarum, Campanarum, Imaginum, &c. non sunt Sacramenta, & quare.

1.17. & 51. vide similia.

1.250. 258. vsque ad

263

Benedictiones item aquæ, olei, vestium, palmarum, cinerum, candelarum, & agrorum, ad quod genus cæremoniarum reuocentur.

1.322

Benedicere Dei, est benefacere.

3.69

Benedicebat res insensibiles Christus, cum in eis aliquod
magnum operaturus erat. 3.69

Christus nunquam benedixit aquam, & panem benedixit,
ibidem.

Minor à maiore benedici solet. vide multa exēpla. 3.645.652

BENEFICIORVM memoria, potest nos ad pœnitentiam pro-
uocare. 2.102. & 105

Pro beneficio accepto, & accipiendo, offerebantur hostiæ
pacificæ. 3.636

Berengarius.

Berengarius primus auctor sectæ Sacramentariorum apertè
audentium defendere non esse verè, & realiter corpus Do-
mini in Eucharistia. 3.12. duas alias hæreses promulgauit.

3.332

Quis fuerit, & quo tempore, & loco cœperit. 3.323.324

Eius hæresis examen, iudicium, & condemnatio. 3.325

Ter abiurauit. 3.328.332.386.406

Præuisus hæreticus futurus, & in hoc æqualis Ario. 3.332

Berégariana hæresis statim in sex sectas diuisa. 3.329. eius se-
ctatores, homines scelerati. 3.333

Bernardus.

S. BERNARDVS, ab ipsis etiã hereticis sanctus appellatur, eius-
que miracula præ multitudine numerari nõ possunt. 3.329

S. Bernardus quando dicit, Angelos habere præsentiam, nos
verò memoriam Christi, intelligit per præsentiam, con-
spectum. 3.274

Biblia.

BIBLIA sacra vocantur Testamentum vetus & nouum, in
quibus continetur voluntas Dei de bonis temporalibus
dandis populo Hebræorum, & de bonis æternis dandis
populo Christianorum. 3.100

BIGAMI sacris initiari nequeunt, quia eorum Sacramentum
Matrimonij, quadam perfectione caret. 5.126

BLASPHEMIA in Filium hominis, à blasphemia in Spiritum
sanctum distinguitur. 4.218

BONA temporalia sæpè Deus dat iis, quibus non est daturus
gratiam suam. & contrà nõ dat bona temporalia iis, qui-
bus est daturus vitam. 1.260

Bona

Bonā temporalia non licet absolutè petere. 5.23
 Bonorum tria genera, animi, corporis & externa 4.361

C.

Ceremoniæ.

CÆREMONIARVM nomen, definitio, & partitio. Tomo
 secundo Controuer. generali I. pag. 314
 Hæreticorum errores, & mendacia circa cæremonias. I. 316
 Explicatio & probatio veritatis. I. 320
 Solutio obiectionum contra cæremonias. I. 334
 Cæremoniæ Iudæorum in Testamēto nouo dicuntur leges.
 I. 29. 315
 Cæremoniæ illæ legales Testamenti veteris non iustificabāt
 ex opere operato. I. 237. probatur hoc Scripturis. I. 238. 239.
 240. vsque ad 242. Patribus. I. 244. Rationibus. 248. Sol-
 uuntur obiectiones. I. 258
 Hæretici respondent, illas cæremonias legales iustificasse,
 quæ habebāt annexum verbum promissionis, quæ autem
 non habebant, non iustificasse. I. 233. 240
 Hæc responsio confutatur. I. 241. 242. 243. 254. 259. 264. &
 sequenrib.
 Cæremoniæ legales erant inutiles ad iustificandum, etiam
 secundum se. I. 248
 Cæremoniæ legales Testamenti veteris, dicuntur à S. Paulo
 elementa, infirma, egena, inutilia, non posse expiare pec-
 cata, nihil valere, nihil esse, & denique esse vmbra. I. 239.
 vsque ad 243. 2. 184
 Cæremoniæ Iudaicæ duplices erant, quædam ipsorum pro-
 priæ, quædam communes cum Gentilibus. 3. 316
 Cæremoniæ quædam sacrificiorum veterum. 3. 635. 676
 Cæremonias scire, apud Iudæos summum quid fuit. I. 328
 Cæremonias Iudaicas, Dominus reprehendere solitus est in
 tribus. I. 337
 Cæremonias illas respuit Deus. I. 247
 Pœna pereundi animam suam de populo suo, dabatur iis,
 qui aliquam cæremoniam omisissent. I. 253
 Cæremoniarum, & totius legis veteris efficacia cessauit in
 morte Christi. 2. 28. vide etiam 3. 664

Con-

- Controuersia de cæremoniis legalibus, sopita ab Apostolis. 1.326
- CÆREMONIÆ aliquæ à Christo, vel Apostolis institutæ sunt, quæ ex nulla Scriptura, sed ex sola traditione habentur. 1.321
- Cæremoniæ aliquæ, vim habent spiritualem. 1.321
- Cæremoniæ nouæ ab Ecclesia institui possunt, non quidem ad iustificandum impium, sed ad alios effectus spirituales. 1.322. 341. 342
- Cæremoniæ ab Ecclesia institutæ non possunt omitti, sine peccato, etiam citra scandalum. 1.325. & seq.
- Cæremoniæ nō sunt res indifferentes; sed sunt res vtilis, meritioræ, & pars quædam cultus diuini. 1.327
- Cæremoniæ sunt vtilis, quia conseruant, nutriunt, & augent internam piam affectionem, & deuotionem; intelligentiam & memoriam iuuant, fidē exercent, religionem conseruant, & distinguunt Catholicos ab hæreticis. 1.328. 329
- Cæremoniæ Ecclesiæ sunt quasi notæ, quibus Ecclesia ab aliis sectis discernitur. 1.328
- Cæremoniæ Ecclesiæ in quibus differant à Iudaicis, & Gentilibus. 1.338
- Cæremoniæ quædam si ab omnibus non intelligantur, non tamē carent vtilitate etiam apud rudissimos, cum conueniant venerationem rebus sacris. 1.341
- Cæremoniæ superuacaneæ quæ sint. 1.339
- Cæremoniæ, quas Deus non instituit, etiam ipsi placent. 1.349. 257. 330. 340
- Cæremoniæ Christianæ, & ab Ecclesia approbatæ cuius generis sint. 1.337. vide genera cæremoniarum. 1.315. 316
- Cæremoniæ Ecclesiasticæ non sunt præcipuus cultus Dei, neque ab iis pender essentia, & efficacia Sacramentorum, neque habent vim iustificandi, vt habent Sacramenta, nec sunt nimis multiplicandæ. 1.319
- Cæremoniæ sunt rudibus loco Scripturæ, & picturæ. 1.328
- Cæremoniæ id sunt religioni, quod sal carnibus, & cortex medullæ. 1.328
- Cæremoniæ sunt actus religionis. 1.329. vide etiam 328. sine cæremoniis, nulla religio siue vera, siue falsa consistere potest. 1.328. cæremoniis profitemur fidem, atque etiam sunt

- sunt partes diuini cultus. 1.329. & hunc cultum externum
Deus commendat. 1.331
- Cæremoniæ quælibet ad honorem Dei factæ, non sunt pro-
priè sacrificium. 3.621.622.& seq.
- Cæremonia exsufflationis. 2.139.4.247
- Cæremoniarum institutio, ad quas sequatur gratia Spiritus
sancti, nullius hominis est. 1.291
- Cæremoniarum cognitio apud Christianos quoque fuit in
magno pretio. 1.328. vide etiam 1.325
- Constantia sanctorum virorum in cæremoniis. 1.329
- Providentiæ Pastorū Ecclesiæ relinquitur modus ministran-
di cæremonas. 1.324
- Propter cæremonas natæ sunt in Ecclesia grauissimæ dissen-
siones. & sub pœnis grauissimis impositæ sunt leges de cæ-
remoniis. 1.325
- CAI V S Imperator reprehenditur, quòd sororem, vxoris lo-
co habere voluerit. 5.279
- CALAMITATES, quæ impiis immittuntur à Deo, sæpenu-
mero ad eum finem immittuntur, vt illi resipiscant. id ta-
men non est perpetuum. 4.400
- Calamitates, quæ iustis post conuersionem immittuntur, ad
offensam aliquo modo compensandam, referuntur. 4.344.
& 349

Calix.

Vide v. Sanguis Christi.

- CALIX à Domino benedictus, & consecratus in cœna. 3.69.
& 104
- Calicis nomine intelligitur quod in vase continetur. 3.85.
101
- Calix sanguinis significatur in illis verbis, Hic calix, &c. 3.72
- Calix Eucharistiæ figuratus in Testamento veteri in variis sa-
crificiis. 3.480. vide etiam 3.225
- Calix signum est pretij, quo peccata remissa sunt, & spiritua-
lis potus, quo animæ nostræ reficiuntur. 3.605
- Calix vnus & idem, Apostolis à Christo traditus, vt ex eo bi-
berent omnes. 3.526.581.585.579. isque datus post cœnam.
3.600
- Calix. in hoc verbo tropus est, sed tropus est clarissimè expli-
catus,

F

catus,

- catus, immò & tropus tam vsitatus, & vulgaris, vt non minus apertus sit, quàm voces ipsæ propriæ. 3.99
- Calix, communis dicitur, quia pro omnibus offertur Deo. 3.603
- Calix non debet dari, vel sumi necessariò ab omnibus, sed ab iis tantùm, qui Sacramentum conficiunt. 3.584.585.587
- Calix vnus, non multi, omnibus illis olim distribuebatur, qui in primitiua Ecclesia sumebant Eucharistiam sub specie vini. 3.589.596
- Calicis sumptio, cunctis sacerdotibus conuenit. 3.596
- Calicem offerri solere presentibus post expleta solennia, dixit Cyprianus. 3.600
- Calices multos simul consecrare, nunquam fuit in vsu. 3.574
- In Calice à Domino consecrato fuit sanguis ante sumptionem, vel distributionem. 3.424.425
- In sacro calice representamus Christi sanguinem vt effusum ex latere Christi. 3.226.242
- Quia ex latere Christi exiuit sanguis, & aqua, idcirco in calice vinum aqua temperandum est. 3.480.482
- Reprehenduntur quidam sacerdotes, qui ex ignorantia in calice Dominico solam aquam ponebant. 3.442
- In calice Christum posuisse, vnum, licet expressè Euangelistæ non dixerint: non tamen est dubitandum vllò modo, quin posuerit. 3.740
- In calice cœnæ Domini fuidebatur sanguis Domini, id est, offerebatur, & libabatur Deo in representationem effusionis futuræ in cruce. 3.698.699
- Duo calices sanguinis in eodè altari existentes non sunt duo Sacramenta, sicut nec duæ species simul sumptæ, vel duæ particulæ consecratæ simul iunctæ. 3.552
- Calix vini in Missa cur dicatur salutaris. 3.854
- CALICIS magnitudo ea debuit esse, vt posset à sacerdote eleuari, & à Diacono huc atque illuc deferri. 3.574
- CANONISTIS non ea fides adhiberi debet in iis, quæ pertinent ad ius diuinum, qualia sunt Sacramenta; quæ adhibetur Theologis. 5.99. & aliquando etiam canonistæ errant. 5.121

Caro.

CARO est radix, & quasi parens omnium hæresum. 3.128

Caro

- Caro dici non potest substantia, sine quantitate, & completionem quadam accidentium. 3.302
- Carnis nomen, quomodo accipiatur in Scriptura. 3.126
- Carnis nomine vocatur aliquando humana, & carnalis cogitatio. 3.126
- Carnis afflictiones Deo gratæ sunt. 4.364. affligitur caro laboribus, & ærumnis. 4.378
- Carnem humanam in propria specie manducare horror est, & quare. 3.393
- Carnium humanarum manducatio in sacris, obiciebatur olim pro crimine Christianis. 3.145

Caro Christi.

Vide v. Corpus Christi.

- CARO Christi sumitur in Eucharistiæ Sacramento in memoriam passionis, & mortis Domini. 3.53
- Caro Christi corporaliter, realiter, & proprie sumitur in Eucharistia, in eaq; verè continetur. 3.106. 107. & seq. 141. 142. 188. & seq.
- Caro Christi ita sumitur, vt indivisibiliter sumatur tota. 3.186
- Caro Christi per illas species panis, non assatur, neque coquitur. 3.393
- Caro Christi vocatur rectissime alimonia spiritualis, quia datur in cibum spiritus, non corporis, & distribuitur spiritualiter, non corporaliter, quia non diuiditur in panes, sed tota simul. 3.186
- Caro Christi, dicitur panis consecratus, quia talis est per substantiam; dicitur panis, quia talis est per effectum. 3.178
- Caro Christi, quia verè nobis in Sacramento communicatur, & vnitur, dicimur nos viuere propter Christum secundum carnem. 3.191. dicimur etiam vnum esse cum Christo naturaliter. 3.191. 192. similiter dicimur post communionem, Christophori, hoc est, Christum ferentes. 3.194. & 543
- Caro Christi non sola charitate, sed re ipsa nobis commiscetur per Sacramentum Eucharistiæ. 3.220
- Caro Christi in Eucharistia, est eadem cum carne Christi, quæ

- quæ fuit in cruce, quoad substantiam, & solùm quoad accidens distinguitur ab illa. 3.230.249.270
- Caro Christi duobus modis potest sensualiter videri, & tangi
mediantibus speciebus panis. 3.408
- Caro Christi non debet tangi, nisi ab hominibus puris. 3.131
- Caro Christi dicitur victima. 3.232
- Caro Christi adoratur. 3.198.240.241
- Caro Christi quomodo dicatur terra ab Ambrosio. 3.198. vide
quæ dicuntur. 3.221
- Carnis Christi nomine, prorsus mysticè, & figuratè, intelligitur aliquando verbum Dei, seu sermo Diuinus. 3.165.
166
- Carnem suam promisit Christus sumendam in Sacramento, quod promissum impleuit in vltima cœna. 3.42
- Carnem Christi manducari tropicè, dixit S. Augustinus; non ratione substantiæ ipsius rei; sed quoad modum sumendi carnem Christi; nam modus ordinarius sumendi carnem, est, vt ea visibiliter secetur in partes, & cocta sumatur, &c. Christi autem caro sumitur integra sine sui læsione. 3.53
- Carnem Christi diuinitati vnitam, negare nihil prodesse, summa impietas est, cùm totam nostram salutem illi beatus Paulus tribuat. 3.126
- Carnem suam voluit nobis Christus in terris relinquere. 3.211
- Carne sua animos nostros alit Christus. 3.218.270. vide quæ dicuntur de nutritione in v. Corpus Christi, & v. Nutritio.

Catechumeni.

- CATECHUMENI debent primùm fieri, qui Christiani esse volunt. 1.210
- Catechumeni instruuntur de iis rebus quæ fiunt tempore baptisimi. 1.308
- Catechumeni cum qua fide dicuntur fideles à Patribus. 2.78
- Catechumeni ante remissionem peccatorum, non seruant omnia mandata; vel si ea seruant, non carent remissione peccatorum. 4.198.199
- Catechumeni si Christum super omnia diligant, iam apud Deum remissionem consequuntur; si autem per inchoatam dilectionem disponuntur ad gratiam, non habent adhuc remissionem peccatorum. 4.199

Cate-

- Catechumeni dum diligere incipiunt, viuere incipiunt, perfectè victuri, quando perfectè diligent. 4.200
- Catechumeni auxilium Dei habent, quo possint vitare singula peccata; non tamè omnia simul vitabunt, nisi postquam gratiam iustificationis fuerint adepti. 4.201
- Catechumeni ante remissionem peccatorū, seruant aliquid legis secundum substantiam operis, & faciunt opera bona; sed non meritoria vitæ æternæ. 4.203
- Catechumeni, qui negligunt ad baptismum accedere, quantumuis proficiant, nunquam sunt verè iustificati, cum nec in re, nec in voto baptismum habeant, nec vera charitate flagrent. 4.205
- Catechumeni in articulo mortis per veram contritionem, cum desiderio baptismi suscipiendi, iustificari, & saluari possunt, si non habeant, qui eos baptizent. 4.196
- Catechumeni signo crucis signantur. 3.204
- Catechumeni sine charitate, interdum optimè profitentur fidei. 5.52
- Catechumenorum Missa, quæ erat. 3.618. 781. & 845
- Catechumenorum duo genera Auditorum, seu audientium, & Competentium, seu electorum. 2.136. 4.129
- Catechumenorum, & fidelium distinctio. 2.54
- Catechumenis Eucharistiam, nec sumere, nec videre licebat ante baptismum. 3.241. 437. & 577. post baptismum verò statim admittebantur ad communionem. 3.529. vide 1.303. & 308. 2.59. 163. 185. & 176. 3.528. 529
- Catechumenis panis quidam sanctificatus dabatur loco Eucharistiæ, qui panis dici poterat corpus Domini symbolicum, qui repræsentabat Eucharistiam. 2.140 3.168. & 241
- Hic panis sanctificatus, qui dabatur catechumenis loco Eucharistiæ, vocatur ab Augustino Sacramētum. idem tamen admonuit eum panem non fuisse corpus Christi. 5.77
- Catechumenis, & pœnitētibus, fides & eleemosynæ sine charitate non profunt ad vitam æternam: absolute tamen aliquam vtilitatem adferunt. 4.200
- Cæremoniæ quæ fiunt Catechumenis ante baptismum, in baptismo, & post baptismum, vide suprâ in v. Baptismus, vbi de cæremoniis.
- Pro catechumenis sacrificium Missæ offerri potest. 3.781

Gratia, & charitas, quæ interdum in Catechumenis reperitur,
ex voto baptismi procedit. 2.105

Catholici.

CATHOLICI distinguuntur ab hæreticis, cæremoniis. 1.328
Abstinẽtia à carnibus feria VI. est optimum signum distin-
guens Catholicos ab hæreticis. 1.328

Causa.

CAUSAE intrinsecæ Sacramentorum, videlicet res, vt ma-
teria, & verba, vt forma. 1. à pag. 84. vsque ad 119
Causæ extrinsecæ Sacramentorum, vt finales. 1. pag. 119. & seq.
Efficiens. 1. 127. & Ministerialis. 1. 130
Causa infallibilis gratiæ est Sacramentum. 1. 135. vide v. Sacra-
mentum. vbi de efficientia.
Causa moralis, & causa physica gratiæ quæ fit. 1. 174. 177. vi-
de præsertim 1. 225. & seq.
Causa est prior effectu, & proinde ab eo non pendet. 3. 315. 322

Cereus.

CEREVS accensus datur baptizato in signum fidei, & gratiæ
acceptæ. 2. 144
Cereorum accensio ad quod genus cæremoniarum reuocetur.
1. 316. vide etiam 1. 320. & 331
De cereis fuerunt etiam dissensiones in Ecclesia. 1. 316

Character.

De CHARACTERE quid sentiant hæretici. 1. 265. 357
Signum aliquod spirituale animæ imprimitur, in quibusdam
Sacramentis, quod character appellatur. 1. 267
Character non datur ad operandum simpliciter. 5. 49
Character non est relatio, sed absoluta qualitas. 1. 268
Character tria habet officia, aptum facere ad cultû diuinum,
configurare Christo, & distinguere ab aliis. 1. 269
Character sacramentalis in sola anima est tanquam in subie-
cto. 1. 269
Character indelebilis est. 1. 270
Characterem imprimunt tria solùm Sacramenta, Baptismus
Confirmatio & Ordo. 1. 270
Characterem in anima, nec Circumcisio, nec vllum Sacra-
mentum veteris legis imprimebat. 1. 271
Nullus in Christo character fuit creatus. 1. 271

Proba-

- Probatur character. 1.272. & seq.
- Character est potestas quædam spiritualis, & supernaturalis partim actiua, partim passiuæ, quæ potentia non videtur physica, sed moralis. 1.269
- Character dicitur Sacramentum, & res Sacramenti. 1.269. & 281. significat formam, seu figuram. 1.267
- Character non habet contraria, & est in subiecto incorruptibili. 1.270. est quædam participatio sacerdotij Christi. 1.271. est effectus secundarius aliquorum Sacramentorum. 1.272
- Character non potest videri, & cognosci in se, sed in sua causa. 5.277
- Character dicitur qualitas, qua homines fiunt apti ad officia quorundam Sacramentorum danda, vel recipienda. 1.278
- Character est effectus aliquis sacramentalis, qui non est gratia, nec ipsa actio exterior, sed aliquid aliud permanens in anima. 1.153. 276. & 278
- Character est vera causa discriminis, cur aliqua Sacramenta repetantur, aliqua verò non. 1.278
- Character Episcopalis, siue sit alius à Presbyterali, siue idem extensior & maior, est potestas absoluta, & perfecta, & independens, conferendi Sacramenta Confirmationis & Ordinis. 2.202
- Character Presbyteralis est quidem potestas absoluta, perfecta, & independens, quoad Sacramentum Baptismi & Eucharistiæ; est autem potestas, inchoata, imperfecta, & dependens à voluntate superioris, quoad Sacramentum Confirmationis. 2.201
- Character distinguuntur Christiani, ab iis qui non habent. 1.269

Charitas.

- CHARITAS per ignem, & oleum significata. 2.180
- Charitas præcipitur. 1.298
- Charitas in voluntate. 1.270
- Charitas vera non est, quæ amorem iustitiæ, sine peccati odio gignat in eo, qui sibi peccati lethalis conscius sit. 4.163
- Charitas vera sufficit ad salutem, & iustificationem: quæ tamen vera charitas, sine vera contritione in eo, qui

- peccati mortalis conscientiam habet, nullo modo existere potest. 4.171
- Charitas pœnitentiam requirit, & efficit. 4.171.194
- Charitas facit amicos Dei, vel potius ipsa est amicitia hominis cum Deo. 4.195
- Charitas efficit filios Dei, ac diuidit filios Dei à filiis diaboli. 4.194
- Charitas non est quodlibet initium cupiditatis boni, sed ipsa perfecta boni cupiditas. 4.203.204
- Charitas Petri, in negatione Christi, quomodo sopita, & non extincta fuisse dicatur. 4.204
- Charitas vera sine Sacramento, vel in re, vel in voto, esse non potest. 4.207. & 333
- Charitas, non est necesse, vt præcedat saltem tempore ipsum Martyrium. 2.36. vide 2.33
- Charitas mutua est signum ad distinguendum populum Dei ab aliis populis. 1.65
- Charitatis donum, nomine Spiritus sancti intelligitur. 1.154
- Charitatis initium, distinguitur ab ipsa charitate, & vtrumq; est ex Deo. 4.203.204
- Charitatem cum peccato, siue reatu mortis æternæ simul habitare non posse, & Scripturæ, & Patres docent. 4.193.194 & 202
- Ad charitatem consecrandam hortatio. 3.141
- Quod non sit ex charitate, non est quidem meritorium vitæ æternæ, tamen verum, sincerum, atq; vtile esse potest. 4.233
- Per charitatem impletur, si quid diuinæ legis impletur. 4.203
- Per fidem, & charitatem Deus in nobis habitat. 2.77
- Sine charitate nullum mandatum seruare possumus, nisi secundum substantiam operis. 4.203

Chrisma.

Vide v. Confirmatio.

- CHRISMA confertur cum Baptismo. 2.160. cum Eucharistia. 2.163. & cum Pœnitentia. 2.167
- Chrisma vt est materia Sacramenti Confirmationis, debet habere oleum admixto balsamo. 2.178
- Chrisma non est loco impositionis manuum Apostolorum, quasi Apostoli non vterentur Chrismate, & nos non vtemur manuum impositione. 2.188
- Chrisma

- Chrisma post consecrationem non est nudum unguentum,
sed Chrisma Christi. 3. 195
- Chrisma iam consecratum salutatur ab Episcopo, & Presbyteris. 2. 204
- Chrisma semel collatum repeti non potest, & hoc propter characterem. 2. 196
- Chrisma prohibetur deferri à Clericis iunioribus. 2. 181
- Chrisma institutum à Christo. idque habemus ex traditione non scripta, & certissima, & cui fides habenda est, ut ipsi verbo scripto. 2. 168. 176. 189. vide 1. 320. vide etiam Patres qui fuerunt circa tempora Apostolorum. 2. 149. 160. 162. 165. 182
- Chrisma singulis annis renouandum. 2. 181
- Chrismatismis unctio in vertice baptizati ad crucis figuram. 2. 144. vide etiam 140. & 159. 183
- Chrismatismis unctio, & signatio, cum manu fiat, rectissime manus impositio dici potest. 2. 159. v. Manus Impositio.
- Chrismatismis unctio, & manus impositionem idem esse, & utrumque significari, licet alterum tantum exprimat. 2. 185. 186. 187
- Chrismatismis consecrationem, esse quandam speciem magiæ, & incantationis, est blasphemia horribilis hæreticorum, quos tota vetus Ecclesia conculcat. 1. 110. 111. 2. 180. 181. 182. 191. 204. 205
- Chrismatismis usus non pertinet ad elementa huius mundi, & ad Iudaicas cæremonias. 2. 184
- Miracula facta in confirmationem Chrismatismis. 2. 168
- Cæremoniæ quæ fiunt in consecratione, & collatione Chrismatismis. 2. 203. & 204

Christiani.

- CHRISTIANI vocantur pisciculi, quòd nascantur ex aquis. 1. 195
- Christiani non nascuntur, sed fiunt. 2. 20
- Christiani primùm in duos quasi ordines secabantur, in fideles & catechumenos; & fideles diuidebantur in clericos, laicos, & pœnitentes. 4. 129
conferri que possit. 4.22
- Dolor rationalis, & sensualis in contritione. prior necessa-
rio requiritur, posterior non item. 4.23.178
- Contritionem, & ceteros actus pœnitentis, non exigimus
perfectè, nisi quatenus vires humanæ à Deo adiutæ se ex-
tendunt. 4.31. vide etiam 4.28
- Contritio causa est remissionis peccatorum. 4.184 & verius
videtur non solum esse dispositionem ad iustificationem,
sed meritum etiam de congruo iustificationis. ibidem.
vide præterea 4.28.35.114.177.
- Vnde, quando contritio, dicitur meritum, precium, satis-
factio pro peccato, de merito, precio, & satisfactione ex
congruo intelligitur. 4.190
- Contritio est antidotus peccatorum, & via ad gratiam, & sa-
lutem. 4.144.145
- Contritio quæ ex charitate oritur, effectus & proprietates
charitatis habet, nempe efficere filios, & amicos Dei, im-
plere legem & rectè viuere. 4.194 & 195
- Contritione perfecta, quæ ex fide, spe, & charitate procedit,
cum voto Sacramenti suscipiendi, remittuntur peccata
ante sacerdotis absolutionem. 4.191.192. & seq.
- Contritionis dolor aliquando tam vehemens esse potest in
aliquo pœnitente, vt per eum peccata omnia, quoad cul-
pam, & pœnam plenissimè deleantur. 4.75.361. & 415
- Per actum contritionis vt est opus pœnale, semper aliquid
pœnæ temporalis, pro qua satisfaciendum erat, remitti-
tur. 4.361.207
- Per contritionem licet pœna æterna sit remissa: verè ta-
men remittitur etiam per absolutionem sacerdotis, quia
in voto, & pacto huius absolutionis remissa fuerat. 4.
207.208
- Nulla est peccatorum multitudo, vel grauitas, quæ per veram
pœnitentiam non expietur. 1.206.207

- Soluuntur obiectiones, ac de peccato in Spiritū sanctum,
quod irremissibile dicitur, disputatur. 4.212. & seq.
- Contritio imperfecta ex timore pœnæ orta, bona est, atque
utilis. 4.222. & seq. neque dici potest hypocrisis, vel homi-
nes hypocritas facere. 4.222.233
- Dolor iste etiam si aliquo modo extortus dici queat: nō ideo
tamen est malus, neque peccatum auget, sed bonus est, & à
peccato retrahit. 4.230
- Dolor, & odium peccati perfectum est illud, quod ex amore
Dei, iustitiæque procedit, & ideo dolor, siue odium ex ti-
more pœnæ conceptum, non contritionem, sed attritio-
nem vocamus. 4.232

Conuersio ad Deum.

- CONVERSIO ad Deum idem est, ac voluntas placendi Deo per
obseruationem mandatorum. 4.159
- Conuersio ex toto corde est interna & perfecta conuersio. 4.
180.181. & sine mora veniam peccatorum accipit. 4.192.
193
- Conuersio est dispositio quædam, ad quam ex pacto & pro-
missione Dei sequitur iustificatio. 2.38
- Conuersio perfecta ad Deum, quæ includat contritionem
veram, & charitatem, & simul etiam desiderium, seu vo-
tum baptismi, rectè baptismus flaminis dicitur, & baptil-
mum aquæ saltem in necessitate supplet. 2.37. vide ibidem
in quibus conueniat cum baptismo.
- Conuersio ista licet baptismus quoddam sit: non tamen est
Sacramentum. 2.39
- Ad conuersionem plurimum iuuant terrores à lege incussi.
4.110.111
- Conuersio tribus modis fieri potest. 3.366. item condiciones
requisitæ ad veram conuersionem. 3.364. & seq.
- Conuersio vxoris Loth in statuam salis. 3.364.365
- Conuersio aquæ in vinum. 3.419. & 420. item ligni in lapi-
dem. 3.409
- Conuersiones naturales in quo differat à supernaturalibus.
3.366
- Conuersiones, quas Gentiles, à suis Magis factas iactabant,
non fuerunt veræ conuersiones. 3.364

Conuersio panis in corpus Domini, est perfectissima conuersio, & distinguitur ab omnibus aliis mutationibus. 3. 366. 419

Conuersio triplex, productiua, adductiua & conseruatiua. conuersio panis in corpus Christi, est adductiua. 3. 420

Conuersio ista panis in corpus Christi, licet terminetur in subiectum, tamen non est generatio. 3. 419

Subiectum in quo recipitur actio diuina conuersionis panis in corpus Christi, partim est panis, partim corpus Christi. 3. 368. vide omnino quæ dicuntur 3. 412

In conuersione corpus Christi incipit esse in Sacramento, non per mutationem sui, sed per mutationem panis in ipsum. 3. 368

Copula coniugalis.

COPULA coniugalis non est Sacramentum, neque pars essentialis Sacramenti Matrimonij, ita vt sine illa Sacramentum esse non possit; sed tantum pars integralis, & ideo ante copulam, appellatur Matrimonium ratum non consummatum Sacramentum. 5. 91. 92

Copula coniugalis quando subsequitur post sponsalia per verba de futuro, affectu maritali; tunc illa copula tenet vicem verborum, consensum mutuuum exprimentium, & ideo ad formam Matrimonij pertinet. 5. 93

Per copulam coniugalem an acquiratur gratia Spiritus sancti ex opere operato, vel ex opere operantis, &c. 5. 93. 94

Cor.

COR & caput, partes integrales hominis, sine quibus essentia hominis consistere non posset. 4. 105

Cor sursum habere debemus. 3. 136

Cor contritum, & cor carneum in Scriptura idem est. 4. 137

Cor lapideum, & cor durum idem est. 4. 140

Cor lapideum auferre, & dare cor carneum, proprium est Testamenti noui. 5. 195

Cor non indurat Deus impertiendo malitiam, sed non impertiendo misericordiam. 4. 226. & 227

Conceptam in corde veritatem extinguere, graue peccatum est. 3. 251

Corinthij.

CORINTHIVM incestuosum S. Paulus reprehendit, neq; propriè illum absoluit, sed absolutionem à Corinthiis datam approbavit. 4.76.5.271

Corinthij utebantur vtraq; specie ad Communionem, quia Paulus vel Domini exemplo, vel aliunde ostendit & tradidit licitam esse communionem sub vtraque specie (sed non docuit esse necessariam omnibus.) 3.582

Corinthij reprehenduntur à Paulo, quod quidam ex eis adferrent ad Ecclesiam sumptuosam cœnam, quam sumerent post communionem mysteriorum, & eam seorsim ab aliis, maximè pauperibus absumerent. 3.526.588.809.810. eosdem arguit quasi Pauli nomine Theophylactus. 3.596.597

Hæc Corinthiorum cœna erat illius generis, quod Græci ἀγάπη vocabant. 3.617

CORNELIVS Centurio non habuit Sacramentum Confirmationis ante baptismum, sed effectum Sacramenti Confirmationis ab ipso Deo immediatè sine Sacramento. 5. pag. 7

Idem accepit ante baptismū remissionem peccatorū. 4.206

Corpus.

CORPVS VNŪ sumus, quia de vno pane participamus, & quia per baptismum accepimus vnū spiritum. 1.92. 2.64.109, & 132

Corpus nullum existens in loco naturaliter, id est, secundum modum naturæ suæ convenientem, potest esse vbiq; totum. 3.295

Corpus non potest separari à modo suo essentiali, ita vt fiat in se indiuisibile, sed potest à modo accidentario, ita vt non occupet locum diuisibilem. & potest esse alicubi, & locum non occupare. 3.321. & 302. & seq.

Corpus cur possit loco non extendi, spiritus autem non possit. 3.321

Corpus vt circumscriptiuè sit in aliquo loco quid requiratur. 3.297

Corpus vnum in pluribus locis positū habet vnum esse substantiale, sed multa esse localia, & solū ea multiplicantur quæ consequuntur esse locale. 3.299

Corpus

- Corpus trium cubitorum, quomodo possit occupare spatium sex vel nouem cubitorum. 3. 298. 300
- Corpus quibus modis possit esse præsens, & tamen, non tangi nec videri. 3. 124
- Corpus graue non ponderare, coloratum non videri, lucidum non lucere, & calidum non calefacere, de his habentur exempla. 3. 303. 314. & 315
- Corporis castigatio Deo grata est. 4. 362. 363. 364. 378
- Corpori quis honor habendus. 3. 355
- Corpora quæ sunt infra cælum, & quatenus naturaliter existunt, ita sunt in loco, vt pendeant à loco. 3. 318
- Ratio cur corpora non videantur posse esse in pluribus locis simul, non tam est moles quàm vnitas. 3. 289
- Corpora damnatorum ab igne corporali comburuntur, & non dissoluuntur. 3. 313
- Corporum penetratio. 3. 302. & 303

Corpus Christi in sanctissimo Eucharistiæ

Sacramento.

- CORPVS & sanguis Christi adest in Eucharistia post Sacramenti confectionem vnà cum anima, ac diuinitate. 3. 540. 541. idque verè, realiter, & substantialiter. 3. 24. 301. & 302.
- Diuinitas non est per accidens in hoc Sacramento, neq; diuina hypostasis, per accidens autem fortassè esset anima, & sanguis sub specie panis. 3. 560
- Ex verborum Sacramenti, tantum adest corpus sub specie panis, & sanguis sub specie vini, & per naturalem concomitantiam sub vtraq; specie est totus Christus. 3. 23
- Corpus Christi in Eucharistia, ratione specierum siue accidentium, quibus coniunctum est, potest dici, videri, tangi, moueri, attolli, deponi, deferri, collocari in altari, vel in pixide, transferri à manu ad os, & ab ore ad stomachum, item manibus tractari, frangi, dentibus atteri, & manducari, quæ omnia fiunt mediâtib; speciebus. 3. 27. 29. 265. 267. 377. 391. 407. 408. & 699.
- Corpus humanum, quomodo possit nõ occupare locum, & proinde sub speciebus modici panis contineri. 3. 133. & 245.

H 5

Corpus

- Corpus Christi quod possit esse in multis locis, aut sub modica specie panis, non oritur ex aliqua dote corporis gloriosi, sed ex infinita Dei potentia. 3. 135
- Corpus vnū posse esse simul in pluribus locis, idq; nō implicare cōtradictionem, præsertim de corpore Christi, vt est in cœlo, & in altari, probatur. 3. 284. & seq.
- Regula cognoscendi quid Deus possit. 3. 280. 281
- Corpus Christi non est in Sacramento localiter, nisi ratione dimensionis panis. 3. 288
- Corpus Christi vt re ipsa præsens adesset in Eucharistia, Deū & voluisse, & fecisse probatur. 3. 323. & seq.
- Corpus Christi, vt in Sacramento re ipsa poneretur, nō fuit necessarium absolute: fuit tamen vtile, & non frustra positum est. idque ex multis similibus probatur. 3. 339. 340
- Corpus Christi in Eucharistia dicitur res cœlestis. 3. 151. 154
- Corpus Christi in Eucharistia, nihil differt à corpore illo, quod in cœlo ab Angelis adoratur. 3. 223
- Corpus Christi simul esse in cœlo & in altari, miraculo tribuitur. 3. 224
- Corpus Christi diuisum est à seipso respectu loci, sed non respectu propriæ substantiæ, siue quantitatis. 3. 297. vide etiam 292.
- Corpus Christi potest esse, & est per Dei potentiam in multis locis; & potest redigi ad vnum solum locum, quemadmodum ante Sacramenti institutionem in vno suo loco erat, & post mundi consummationem in vno solo loco erit. 3. 294
- Corpus Christi incipit esse in altari, vbi antea non erat, non per generationem, nec per motum localem, sed per conuersionem panis in ipsum. 3. 298
- Corpus Christi per conuersionem panis non producit, sed tantum fit præsens. 3. 368. vide v. Conuersio. item corpus Christi succedit substantiæ panis, non producit. 3. 419. 420. vide etiam 366.
- Corpus Christi non est in pane, vt in vase, aut in loco, sed est vt substantia sub accidentibus, excepta informatione. 3. 376. & 391.
- Corpus Christi sub specie panis contentum, verè & propriè est

est Sacramentum, siue sumatur, siue seruetur in pixide. 3.
423. & sequentib.

Corpus Christi sub specie panis, eidem corpori in specie sua,
siue corpus vt cibus, eidem corpori vt victimæ opponitur.
3. 177. & 178.

Corpus Christi ex carne Virginis factum, & ex pane factum,
sunt vnum, & idem. 3. 420

Aliud est Christi corpus ex pane conficere, quod sacerdotes
faciunt; aliud absolute Christi corpus efficere, quod sacer-
dotes non faciunt. 3. 419

Corpus & sanguis Domini, vt sunt sub illis speciebus, signa
sunt eiusdem corporis, & sanguinis, vt fuerunt in cruce.
3. 206.

Corporis Christi dimensiones, in Eucharistia, non cõmen-
surantur dimensõibus hostiæ, sed existunt sine ordine ad
locum, eo ferè modo, quo anima est in corpore. 3. 321

Corpus Christi in Eucharistia, cadente hostia non proprie
cadit, sed locum mutat. 3. 343

Corpus Domini, & sanguis, sine ordine ad species, non habet
rationem Sacramenti. 3. 448

Corpus & sanguis Domini, etiam præcisè sumpta, non sunt
duo instrumenta formaliter conferendi gratiam, sed vnũ,
& est eadem virtus in corpore, & sanguine, idque habetur
ex coniunctione ad diuinitatem. 3. 560

Corpus Domini non solum in ore fidelium, sed etiam in al-
tari & vasis sacris, agnoscunt Scripturæ, & Patres. 3. 426.
427. 434. & sequentib.

Corpus & sanguis Domini, est hæreditas Christi nobis reli-
cta. 3. 601

Corpus Christi ministratur à sacerdote, quod successit sacri-
ficiis antiquis. 3. 237

Corpus Christi excellit sacrificiis veterum infinita distan-
tia. 3. 203

Corpus & sanguis Domini sunt id sacrificium, quod in Mis-
sa proptiè offertur, & sacrificatur. 3. 715. & sequentib.
& 755.

Corpus Domini non dati indignis fuit hæresis Berengaria-
norum quæ refutatur. 3. 350. Calvinistæ etiam dicunt nõ
manducari nisi à piis hominibus. 3. 361

Corpus

- Corpus Christi verè manducatur ore corporali, & nõ solùm ore spirituali per fidem, & gratiam, seu energiam (vt loquuntur Calvinistæ) & effectum: & cõsequenter manducatur non solùm à piis, sed etiam ab impiis. 3. 360
- Corpus Christi non solùm animis nostris, sed etiam corporibus verè coniungitur, ac corporaliter, realiter & propriè sumitur. 3. 91. 107. & 194
- Corpus suum, Christum creare, sanctificare, & diuidere, quomodo hoc intelligere debeamus. 3. 175
- Illa actio, qua corpus Domini super altare ponitur ad Dei honorem, vera, ac realis oblatio est, etiam si verbis non dicatur, offero, vel offerimus. 3. 701. 702. 760. & 817
- Corporis, & sanguinis Domini sacramentalis manducatio & potus habetur in 6. cap. Ioan. 3. à pag. 39. & seq.
- Corporis nomine propriè in forma Eucharistiæ, solùm corpus intelligitur, & nomine sanguis, solus sanguis; nec tamen distrahitur corpus à sanguine, vt initio notauimus in hoc eodem verbo Corpus Christi. 3. 97
- Corporis nomen quomodo accipiatur in illa propositione (Hoc est corpus meum.) 3. 76. & seq. variæ hæreticorum expositiones habentur. 3. 57. 58. eorumque argumenta soluuntur. 3. 89. 90. & 91
- Ex vnione sacramentali panis, & corporis Christi non oritur communicatio idiomatum. 3. 75. & 76
- Corpori Christi quis cultus adhibendus in Eucharistia. vide v. Adoratio. & v. Cultus. vide etiam 3. 121

*Corpus Christi extra Sacramentum
Eucharistiæ.*

- Corpus Christi in Scriptura, nusquam accipitur, nisi vel pro corpore vero, & naturali ipsius, vel pro corpore mystico; pro signo vel figura corporis nunquam 3. 76
- Inter corpus Christi & Deum ipsum duæ sunt differentiæ quoad existentiam in loco. 3. 294
- Corpus Christi potest esse in pluribus locis etiam localiter, & visibiliter. item circumscripiuè, & definitiuè. 3. 297
- Corpus Christi non erat in utero Matris, vel in præsepi vt vi-
tima, sed vt viuens infantulus. 3. 700

Cor-

Corpus Christi extra Sacramentum solùm spiritualiter mā-
ducatur, quomodo ab impiis manducari non potest. 3.
170.

Corpus Christi cùm transiit per ianuas clausas, vel se cum
alio corpore penetrauit, vel non occupauit locum. 3. 306

Corpus Christi post resurrectionem, sole isto cœlesti luci-
dius. 3. 315

Corpus Christi post resurrectionem, & dum ascendebar in
cœlum, victima dici non poterat, & multò minus nunc,
vt in cœlis uiuit. 3. 701

Corpus suum iam gloriosum & immortale an indicauerit
Christus maiori reuerentia tractandū, quàm antea. 3. 138

Corpori Christi in multis, similis & æqualis est, veritas diui-
ni verbi. 3. 251

Creatio.

CREATIO, quomodo distinguatur à conuersione, & anni-
hilatione. 3. 353. item à generatione. 3. 419

Creatio mundi an sit opus minus nobile, ac difficile, iustifi-
catione impij. 1. 223. & 230. 3. 264

Creationis mysterium confertur cum Eucharistia. 3. 291

Creator, & creatoris filius probatur Christus ex Euchari-
stia. 3. 149. 150

Creatura an possit vt instrumentum concurrere ad creatio-
nem. 1. 123. 229. & 230

Creati, quid propriè dicatur. 1. 229

Crux & crucis sacrificium.

CRUX, signum Christi crucifixi. 3. 210

Crux semper manere solet in altari, in culminibus, in pa-
rietibus, in vasis. 3. 210

Crucis Christi figuræ, fuerunt omnia sacrificia vetera. 3.
642. 731. 3. 210. 4. 419

Crucis mysterium Iudæis scandalum, &c. 3. 344

Crucis sacrificium, est sacrificium omnium perfectissimum,
& ipso etiam sacrificio Missæ præstantius. 3. 656

Crucis sacrificium dici potest secundum ordinem Melchi-
sedech ratione ipsius sacerdotis Christi, à quo offereba-
tur. 3. 657

Crucis

- Crucis sacrificium non fuit impletium figurarum Testamenti veteris, nisi quoad ipsam mactationem, & paucas alias cæremonias. 3. 676
- Crucis sacrificium factum ex immolatione, fuit aliquando, & postea desit esse, nec potest rursus fieri, nisi per nouam immolationem. 3. 701. 722
- Crucis sacrificium quamuis verissimum sacrificium fuerit; non fuit tamen eiusmodi, quale requiritur ad legem, seu religionem constituendam, & conseruandam, qualem in terris vsque ad mundi consummationem Christus esse voluit. 3. 731. 732
- Crucis Christi sacrificium propriè fuit actus religionis. 3. 633
- Crucis sacrificium respectu Christianorù est inuisibile, cum sola fide, non oculis cernatur. 3. 731
- Crucis sacrificij effectus perpetuus. 3. 661
- Crucis sacrificium factum nobis dicitur, quia pro nobis oblatum. 3. 717
- Crucis sacrificium est singulariter propitiatorium. 3. 765
- Crucis sacrificium vim habuit ab initio mundi, & habebit vsque ad mundi consummationem. 3. 765
- Crucis sacrificium fuit meritorium, satisfactorium, & impetratorium verè, & propriè. 3. 775
- Crucis sacrificium, quare fuerit infiniti valoris, sacrificium autem Missæ sit finiti. 3. 777. discrimen inter vtrumque sacrificium. 3. 775. 776
- Crucis sacrificij fructum, vt facilius, suauius, ac plenius consequeremur, placuit Deo varia media instituere, & varia instrumenta iustificationis. 3. 745. 747
- Crucis oblatione, consummatæ fuerunt pœnæ, & afflictiones, quas in cruce Christus passurus erat, & consummata fuerunt Prophetarum oracula, quæ passionem eius prædixerunt. 3. 747
- Cruci inclinatur caput, & incuruantur genua, in signum humilitatis, & reuerentiæ. 3. 839
- In sacrificio crucis, Christus verè se ipse sacrificauit, quia se occidendum obtulit, licet non se ipse occiderit, manibus suis, sed aliorum. 3. 758
- In sacrificio crucis Christus Dominus in silentio oblatione perfecit. 3. 819
- In

In Cruce septem tantum sententias loquutus est Christus, & tot sunt etiam sententiae, quae in canone nostrae liturgiae pronunciantur. 3. 819

Precium infinitum, quod in cruce acquisiuit Christus, quo totus mundus continuè saluari potuisset, quare non nisi quibusdam, & in certa mensura applicari voluerit. 3. 778.

Per Christi crucem omnes homines redempti sunt, & ab omni malo culpae, & poenae liberati per solutionem precij sufficientis. 3. 870

Cultus Dei.

CULTVS merè humanus, & proprio ingenio inuētus damnatur à Paulo. 1. 335

Cultus interior, & exterior, quem Deo debemus, quis nam sit, & quis nobilior. 3. 631. & 734

Cultus proprius Dei, id est, qui soli illi omnium consensu debetur, est sacrificium propriè dictum. 3. 730. idq; est summus cultus, qui Deo tribui possit. 3. 733. & 734

Cultus Iudaici, & Christiani differentia. 1. 338. 339. omnia genera honoris, & cultus, quibus Hebraei Deum colebāt, nunc re ipsa retinent Christiani. 3. 734

Cultus corporis Christi aliquando anteponendus est elemosynis in pauperes. 3. 122

Cultum internum requirebat Deus etiam à Iudæis. 1. 339

Cultu patriae honoratur Deus in oblatione Eucharistiae. 3. 706. 718. 721. 732.

Ad cultum Dei semper ab omni religione, siue vera, siue falsa sacrificia adhibita sunt. 3. 729. 730. & seq.

De cultu Dei in generali tantum nos Christus instruxit. 1. 335.

Doctrina de cultu Dei à quibus petenda necne. 1. 335

S. Cyprianus.

S. CYPRIANVS falsò accusatur à Kemnitio, quòd non fecerit Christum auctorem omnium Sacramentorum. 1. 128. & sine vllò pudore audet eundem sanctum Cyprianum martyrem celeberrimum, Montanistam hæreticum facere. 2. 151

Cypria-

- Cyprianus improbabat Sacramenta tradita ab hæreticis, & schismaticis, id est, ab iis, qui essent extra Ecclesiam: at nõ improbabat Sacramenta tradita à malis ministris intra ipsam Ecclesiam. 1. pag. 8. vide totam eius sententiam explicatam. 1. 148. & seq. item 283. 318. & 2. pag. 46
- Cyprianus ex eo quod in sola Ecclesia Catholica dari potest, & accipi Spiritus sanctus, colligebat Sacramenta hæreticorum non esse vera & rata. contra quod argumentatur Augustinus. 2. 172
- Cyprianus aut correxit errorem suum, aut illum texit vberè charitatis. 4. 173
- Cypriani præcipua causa erroris fuit, quia non distinguebat inter Sacramenta, & eorum vsum, & effectum. 1. 153
- Cyprianum refutari ab Augustino, quòd crederet martyriũ iustificare, eo modo, quo facit Baptismus; est impudens mendacium Kemnitij. Augustinus enim laudat Cypriani sententiam. 2. 31
- Sermones de operibus Cardinalibus Christi; qui habentur inter opera Cypriani, non sunt ipsius. 2. 166. 174

Cyrillus.

- CYRILLVM Hierosolymitanum duo tantum Sacramenta agnoscere est mendacium Kemnitij. 1. 308
- De catechesibus Cyrilli nemo vnquam dubitavit, nisi temerarius Kemnitius, qui etiam dubitavit de fide & probitate illius sancti viri, de quo extat egregiũ testimoniũ. 3. 257.
- Cyrilli Alexandrini quatuor libri in Ioannem periere, quos supplevit Clithoueus. 3. 256

D.

Dæmon.

- DAEMON dare non potest rebus virtutes, sed operatur ad earum præsentiam. Controver. 1. pag. III
- Dæmon si fortè Sacramentum aliquod ministraret, illud iterandum esset. 1. 134
- Dæmones coërcentur per exorcismos. 1. 316. 319. 2. 138
- Dæmones tenentur, & affliguntur ab igne corporali. 3. 295. Dæmo- 313.

- Dæmonibus etiam conuenit terreri. 4. III. 122. & 137
 In Dæmonibus terrendis tribus modis operatur signum crucis. I. 321
 A Dæmonis seruitute liberamur per Baptismum. 2. 99
 Contra omnes insidias Dæmonum, frons est munienda, & armanda signo crucis. I. 274. 321. & 327. vide 2. pag. 139

David.

- DAVID punitus pœna mortis filij, ob peccatum præteritum. 4. 344. 349. 393
 Davidis pœnæ spontè susceptæ. 4. 352. 393. & 396
 Davidis lachrymæ, & dolor. 4. 377. & 447. vide v. Lachrymæ.
 Davidis conuersio, & iustificatio. 4. 161. 425
 Davidis adulterium cum Bersabea. 5. 228
 Davidis vxorem fuisse Abisag non constar. 5. 285
 Davidis vxor gentilis. 5. 233. & quare. 5. 236
 Davidis filia Thamar minus malum existimauit à fratre duci in vxorem, quàm vi stuprari. 5. 285

Deuotio.

- DEUOTIO, & pia affectio interna, conseruatur, nutritur, & augetur cæremoniis Ecclesiasticis. I. 327

Deus.

- DEVS est causa efficiens principalis, in Sacramentis, & omnino independens, in qua est potestas auctoritatis. I. 127. & 177.
 Deus solus potuit determinare quæ ad essentiam Sacramentorum pertinent. I. 113
 Deus non alligatur Sacramentis in iustificatione, sed contra. I. 221
 Deus non aufert hominibus ob eorum peccata, potestatem ordinis, neque iurisdictionis; similiter neque naturales potentias ad opera naturalia, neque supernaturalem potestatem ad opera supernaturalia, in quibus non consistit meritum operantis. I. 151
 Deus est Deus eorum qui sunt, siue sint boni, siue mali, siue beati, siue damnati. I. 255

I

Deus

- Deus sæpe peccatores non punit in hac vita, sæpè etiam iustos affligit, & contrà in rebus bonis, sæpe quibus non est daturus gratiam suam & vitam æternam, dat bona temporalia, & iis quibus est daturus vitam æternam non dat huiusmodi bona. 1. 260
- Deus dicitur proiicere, delere, non videre, non imputare, tegere peccata, & non recordari iniquitatum eorum, quibus amicitiam suam, gratiamque restituit. vide 2. 37. & 4. 157. 183. 393.
- Deus honorandus & colendus animo per actus interiores, & corpore per actus exteriores. 1. 329
- Deus docet & commendat religionem, quæ est pars iustitiæ, & proinde cultum externum, qui est pars quædam religionis. 1. 331. de cultu Dei vide 1. 336. & v. Cultus Dei.
- Deus in multis non habitat, qui cum norunt, & contrà in multis habitat, qui eum non norunt. 2. 65
- Deus in nobis inhabitat per fidem, & charitatem. 2. 77
- Deus est ubique. 3. 115. 116. 294
- Deus simul est in infinitis locis, etsi res est vna eaque simplicissima. 3. 289
- Inter Deum & corpus Christi duæ sunt differentiæ quoad existentiam in loco. 3. 294
- Deus quia ubiq; est, non mouetur cum rebus, in quibus est, nec per se, nec per accidens. 3. 361
- Deus quomodo sit in aliis rebus, & in Eucharistia. 3. 610
- Deus loquutus est olim in ænigmate, nunc autem apertè. 3. 164.
- Deus potest facere, quidquid non implicat contradictionem. 3. 284
- Deus quomodo incipit esse in rebus, quæ de nouo nascuntur in mundo. 3. 298
- Deus per metaphoram obliuisci dicitur, quando non iuuat, & contrà recordari, quando iuuare incipit. 3. 872
- Deus diligendus est propter se, timendus autem propter aliud. 4. 236
- Dei liberalitas, & consuetudo. cùm enim diligit, diligendo facit bonum, & pulchrum, infundendo gratiam, &c. 1. 277.
- Dei mandata impossibilia non sunt. 2. 98

Dei

- Dei adoratiō non est alligata certo loco. 3. 608
 Dei reconciliatio cum genere humano, fuit proximus &
 principalis finis mortis Christi. 3. 635
 Dei iustitia & misericordia in diuinis literis passim coniun-
 ctæ prædicantur. 4. 358
 Quidquid sumus Dei sumus, & quidquid habemus à Deo
 habemus. 4. 339
 Deo debetur gratiarum actio ob eius beneficia. 1. 141
 Deo quare repugnet habitare in templis manufactis. 3. 132
 Regula inuestigandi quid Deus possit. 3. 280. & seq.
 Deo Patri, & Filio sæpe multa tribuuntur; & tamen ea non
 negantur de Spiritu sancto, licet non exprimatut tunc
 Spiritus sanctus. 3. 557
 Deo honorem deferre obligamur, ob infinitam eius Maie-
 statem, ob offensam in ipsum commissam, ob beneficium
 acceptum, & ob beneficia sperata. 3. 636
 Deo in signum humilitatis, & reuerentiæ inclinatur caput,
 & genua incuruantur. 3. 839
 Deum esse, colendum esse, inuocandum esse, illi sacrificia
 deferenda, & similia; quæ in genere apud omnes sunt, &
 semper fuerunt eadem, ex bono naturæ sunt. 3. 730
 In Deo tres personæ. 1. 283
 Ad Deum accedens, quid debeat dicere. 2. 66
 Differentia inter instrumenta, quibus utitur Deus, & qui-
 bus utuntur homines. 1. 226. 227
 Deus Mahuzim quis sit. 3. 614. & 615

Diaconus.

- DIACONVS apud Græcos ostendit populo oblata cōtinuè
 post consecrationem. 3. 493
 Diaconus in Liturgiis Græcorum, postquam clamauerat
 Sancta sanctis, arcebantur catechumeni, & peccatores.
 3. 526.
 Diaconi soliti erant canere Euangeliū ex loco altiore. 3. 852
 Diaconi ordinati ab Apostolis. 5. 36. 49
 Diaconi in absentia Episcoporū possunt baptizare, Eucha-
 ristiam dare, reconciliare pœnitentes publicos, prædica-
 re, & ferè omnia munera Episcoporum, & Presbyterorū
 in eorum absentia exercere. 5. 49

- Diaconi primi ex occasione ordinati fuerunt, sed non ex occasione inuentus est ordo Diaconorum. 5. 50
- Diaconi non fuerunt tempore Apostolorum solum ministri mensarum. 5. 51
- Diaconi ab antiquissimis temporibus sunt ministri Altaris. ibid.
- Diaconi primi fuerunt ferè ordinati ad quædam ministeria per manus impositionem, non autem fuerunt ordinati ad legendum Euangelium, quia non erat opus. 5. 59
- Diaconorum character. 5. 50
- Diaconorum consecratio, est ordinatio. 5. 50
- Diaconis nunquam fuit licitum consecrare Eucharistiam. 3. 441. neque vnquam legimus consecrasse. 3. 516. 517
- Diaconos semper coniungit Paulus cum Episcopis. 5. 49
- Diaconatus non includitur essentialiter in Presbyteratu, sicut Presbyteratus in Episcopatu. 5. 47
- Diaconatus materia, est traditio libri Euangeliorum. 1. 49
- Diaconatus an sit verum Sacramentum. 5. 48

Subdiaconus.

- SVBDIACONI poterant ordinari à Chorepiscopis, illis videlicet, qui erant veri Episcopi, non autem illis, qui erant tantum Presbyteri. 5. 53
- Subdiaconi si vxores duxerint in monasteriis includi iubentur. 5. 221
- Subdiaconi non ministrant Eucharistiam, neque facere possunt quæ Diaconi; non pertinent propriè ad Hierarchiam, neque eorum ordinatio habet manus impositionem. 5. 52
- Subdiaconatus an sit Sacramentum. 5. 52
- Subdiaconatus an imprimat characterem. Item habet annexum solenne votum continentia. 5. 52

Dilectio.

- DILECTIO Dei super omnia ex naturalibus viribus haberi non potest. 4. 39. 40
- Dilectio Dei super omnia vltima est dispositio ad gratiã & peccati remissionẽ, & propterea tantum est prior natura, & nullo puncto temporis gratiam præcedit. 4. 197
- Dilectio Dei ex toto corde. 4. 176. 177. 179. & 180
Diligen-

- Diligentes Deum ex toto corde, sine vlla mora, veniam peccatorum consequuntur. 4. 192. 193. & 197
- Dilectio nostra in Deum, mandatorū obseruatio, & dilectio perfecta Dei in nos quæ beatitudinem confert, sunt tres gradus statuti à Domino ad vitam æternam. 4. 198
- Per inchoatā dilectionem Dei, qui disponuntur ad gratiā nondum obtinent remissionem peccatorum, quam obtinebunt per dilectionem Dei super omnia. 4. 199
- Dilectioni, quomodo tribuatur iustificatio. 4. 185

Diuinitas, & res diuine.

- DIUINITAS licet sit vbique, & peculiariter in templis, dicitur tamen verissimè non habitare in templis manufactis. 3. 132
- Diuinitas vbique est præsens: & tamen non sordescit in sordibus. 3. 343
- Diuinitas lædi non potuit ex omnibus Christi passionibus. 3. 344
- Diuinæ res non sunt metiendæ humano iudicio. 3. 127. 128
- Ad diuinam institutionem siue mandatum, per accidēs est, quod sit scriptum, vel non scriptum. 1. 54
- DIUITES difficile saluantur. 3. 304. 305
- Diuitiæ cum in pauperes expenduntur, à pœna liberant homines, quæ sæpe manet dimissa culpa. 3. 871

Diuortium.

- DIUORTIUM est solutio Matrimonij consummati quoad thorum, & cohabitationem, manente vinculo coniugali. 5. 150. 169. 170. & 171
- Hæc solutio fieri potest ex consensu propter altiorem statum acquirendum; & sine consensu ob crimen adulterij, hæresis, & ob inductionem ad peccandum. 5. 151. 170. 171. & 181.
- Diuortium etiam fit ob adulterium viri. vnde libertas diuortii faciendi ob crimen par est viro & vxori. 5. 151. & 171
- Diuortium quoad thorum tantum propria auctoritate potest fieri, quoad cohabitationem verò, non nisi Ecclesiæ iudicio fieri potest. 5. 152

- Diuortium non prohibuit Christus si causa iusta adsit, sed alterum coniugium post diuortium.** §. 173. & 176
Diuortium, seu dimissio vxoris quoad thorum in causa fornicationis à Domino conceditur; quoad vinculum verò non cōceditur; negat autem Dominus licitam esse talem dimissionem quoad vinculum, sine causa fornicationis; id est, posse dimitti vxorem non fornicariam; sed nō dicit esse licitam, si adsit causa fornicationis. §. 165
Dominus enim, solùm expressit vnā speciem adulterij, eamque grauissimam, aliis prætermisissis, quia id requirebat locus, & tempus illius disputationis habitæ cum Pharisæis. §. 161. 166. & 182
Difficultas pro diuortio. §. 166. 167
Diuortium quando iustum est, periculum fornicationis, cui obiicitur dimissus, non imputatur dimittenti, qui vitur iure suo; sed ei qui dedit causam, cur dimitteretur. §. 156
Persona innocens, aut potest non dimittere coniugem, vel certè post dimissionem per diuortium, potest reconciliari; aut cogitur dimittere, nec potest reconciliari. & quid dicatur, semper habet remedium pro continentia; neque illi fit iniuria si diuortium exequutioni mandetur. §. 176. 177. 178.
Diuortium Christianorum nunquam tale debet esse, quin spes reconciliationis maneat. §. 175
Quia vxor est in domo viri, ideo diuortium facit mulier discedendo ab eo, non cum ex domo eiiciendo. & contra maritus quia est in domo sua, diuortium facit dimittendo, non recedendo. §. 172
Diuortium non soluit vinculum matrimonij. §. 169. 170. 171
Diuortium facillimè fieret si vinculum matrimonij solui posset. §. 175
Nullò diuortio aut repudio, sed sola morte, vir & vxor à vinculo coniugij liberari queunt. §. 167. 169
Si post diuortium in causa fornicationis liceret parti innocenti aliud matrimonium inire, etiam nocenti licere deberet, neutri tamen licet. §. 175
Vxore per diuortium separata, priuatur vir vsu cōiugij sine culpa, sed non sine causa: causa autem subest maxima, quia

- quia vinculum prioris manet, & quia Christus prohibet,
& quia fieret iniuria proli, &c. 5. 176
- Post diuortiū cogitur homo esse cœlebs, quia cogitur stare
promissis, quod requirit vinculum matrimonij. 5. 191
- Post diuortium ad alias nuptias transire non licet. 5. 168.
171. 174. 178. & hoc æquè prohibetur viro, ac mulieri. 5.
148. 187. 188. 189.
- Post diuortium aliqui Episcopi concesserunt secundas nu-
ptias, vt ex duobus malis eligerent minus malum. 5. 185
- Post diuortium transiens ad secundas nuptias Fabiola (apud
B. Hieronymum) mortaliter peccauit, licet ex ignorantia
vigoris Euangelij, vel ardore concupiscentiæ id fecerit.
vnde postea publicam fecit pœnitentiam pro hoc crimi-
ne. 5. 186. 187
- Patres Concilij Mileuitani, desiderarunt legem aliquā im-
perialem, qua punirentur seuerè à temporali potestate,
transeuntes post diuortium ad alias nuptias. 5. 189
- Canones, qui loquuntur de coniugio, quod parti innocenti
conceditur post mortem coniugis prioris, falsò assumū-
tur à Kemnitio ad probandum aliud Matrimonium con-
cedi posse post diuortium. 5. 189, 200

Doctrina.

- DOCTRINA vera quæ sit. 3. 284
- Doctrina fidei quomodo examinanda. 1. 144
- Doctrina Ioannis & Christi an fuerit eadem. 2. 128
- Doctrinæ nouitas est primaria conditio hæresis, atque hæc
nouitas quibus coniecturis conuincatur. 3. 323
- Doctrinæ antiquitas est primaria conditio veritatis Catho-
licæ. 3. 323

Dogma.

- DOGMA TA vocantur non quælibet de Deo sententiæ, sed
solum eæ, quæ habent peculiarem difficultatem, siue ad
credendum, siue ad operandum. 3. 64
- Dogmata præcipua non nisi propriis verbis tradi solent in
diuinis literis. 3. 62. 64
- Dogmata ex figuris fabricari possunt, quando ex Scripturis
iuxta communem Patrum consensum intellectis, colligi-
tur explicatio. 3. 654

Durandus.

- DURANDVS** corrigendus, quando dicit, non omnia Sacramenta cōstare rebus & verbis, sed solūm quædā. 1. 85. 86. 87
- Durandus** existimavit characterem non esse aliquid reale distinctum ab anima; quæ sententia vix distinguitur ab hæresi huius temporis. 1. 268
- Durandus** erravit opinando in Eucharistiæ Sacramento substantiā corporis Christi esse absq; magnitudine. 3. 301. vide de hoc & alio errore eiusdem. 3. 306. 309. 311. 346
- Durandus** etiam erravit asserendo solam materiam panis remanere in Sacramento Eucharistiæ. refertur hic error. 3. 346. & refellitur. 3. 351.
- Durandus** asseruit solam Confessionem partem esse materialem Sacramenti pœnitentiæ. 4. 104
- Durandus** voluit Episcopatum idem Sacramētum esse cum Presbyteratu. 5. 44
- Durandus** solūm sacerdotium voluit esse Sacramentum Ordinis. 5. 49
- Durandus** Sacramentum Matrimonij malè dicit esse Sacramentum æquiucè. 5. 66. & 92. eius argumenta soluntur. 5. 95. & seq.

E.

Ebion.

EBIONIS hæresis. Controuer. 3. pag. 541

Ecclesia.

- ECCLESIA** quomodo dicatur sponsa. 1. 295. 5. 72
- Ecclesia** intelligitur per Hierusalem. 3. 682
- Ecclesia** est media inter synagogam, & cœlestem patriam. 1. 244.
- Ecclesia** vera quare non possit esse apud hæreticos. & ex ipsorum doctrina conuincuntur ipsimet affirmare non esse apud ipsos veram Ecclesiam. 1. 288. vide 3. 323. & seq.
- Quædam** quasi notæ, quibus Ecclesia ab aliis sectis distinguitur, sunt cæremoniæ Ecclesiæ. 1. 329
- Ecclesia** potest instituire nouas cæremonias, non quidē ad iustificandum impium, sed ad alios effectus spirituales. 1. 323. vide errores circa hoc. 1. 319. atque hæ cæremoniæ non

- non possunt omitti sine peccato mortali etiã citra scandalum. 1.325. vide v. Cæremonia.
- In Ecclesia ortæ sunt grauissimæ dissensiones propter cæremonias. 1.325
- Ecclesia habet potestatem mutandi & instituendi circa Sacramenta, salua tamen eorum substantia, & saluis iis quæ sunt de iure diuino ordinata. 1.128.3.604.5.288
- Ecclesia Latina semper latinè Sacramenta administrauit, idque sapientissimè institutum est. 1.330
- Ecclesia Romana à Petro didicit, qualiter diuina mysteria celebrari debeant. 3.470
- Ecclesia verus tribus modis testatur communionem sub vna specie esse licitam. 3.566. & seq.
- Ecclesia tota offert omnia sacrificia, quæ à sacerdotibus omnibus offeruntur, sed non eodem modo. nan aliqui offerunt solùm habitualiter, aliqui actu, aliqui causaliter, quia causa sunt vt sacrificium fiat, denique Minister ipse offert, vt sacerdos verus, sed ministerialis. 3.771
- Ecclesia sola rectè offert Deo oblationem cum gratiarum actione. 5150
- Ecclesia habet potestatem soluendi, & ligandi. 1.143. 4.45
- Ad Ecclesiæ iudicium pertinent causæ matrimoniales. 5.297
- Ecclesia quomodo possit ordinare de materia Matrimonij. 5.101
- Ecclesia accepit potestatem à Deo coërcendi Dæmones per exorcismos. 2.138.139
- Ecclesia quod ius acquirat super homines. 2.53
- Ecclesia militans est corpus Christi. 3.117
- Ecclesia semper fuit vnū corpus mysticum: non tamen semper eodem Sacramento adiungebatur homines huic corpori. 2.132
- Ecclesia non potest errare in Scriptura exponenda. 3.670
- Ecclesiæ gubernandæ cura, Apostolis, & successoribus commissa. 5.225
- Ecclesiæ, & synagogæ comparatio. 3.733
- Ecclesiæ consensus in aliqua re, est argumentum veritatis nostræ fidei. 3.326

- Ecclesiæ diligentia in controuersia de Eucharistia exami-
nanda & veritate retinenda. 3.327.328.329
Promissio absoluta de fouenda perpetuò Ecclesia. 2.108
Ecclesiam esse, & nunquam interire potuisse probatur. 3.
326.327
In Ecclesia sunt diuersa officia, nec omnia omnibus conue-
niunt. 1.135
In Ecclesia quando adhiberi cœpta sunt instrumenta musi-
ca. 3.843
Quod in omni Ecclesia seruatur, nec in aliquo Concilio in-
stitutum, sed semper seruatum, ac retentum est, id certissi-
mè creditur, ex Apostolica traditione descendere. 3.785
Ingressus in Ecclesiam non est ratio, cur baptismus repeti
non possit. 1.279
Extra Ecclesiam non est salus. 2.55

Eleemosynæ.

- ELEEMOSINAE non sunt sacrificia propriè dicta, sed sacrificia
tantùm spiritualia dici possunt. 3.622.623.631.634.681.
682.687.690.712. & 886. vide v. Sacrificia spiritualia.
Eleemosynæ, & alia quæ fiunt ad peccata purganda, nihil
profunt sine percepto baptismo. 2.107
Eleemosynæ disponunt hominem peccatorem ad reconcilia-
tionem cum Deo. 4.396. & quomodo tribuatur illis vis
iustificandi. 4.164.186.333. & 408
Eleemosynæ sunt subsidium ad redimenda peccata. 4.407.
item eleemosynis possunt redimi pœnæ temporales alte-
rius vitæ. 4.349.350
Eleemosynæ sunt opera satisfactoria. 4.360. & seq. item 3.376
Eleemosynæ sine charitate non profunt ad vitam æternam:
absolutè tamen aliquam adferunt vtilitatem. 4.200
Eleemosynæ à pœna liberant homines, quæ sæpè manet di-
missa culpa. 3.866
Eleemosynis in pauperes aliquando anteponendum esse cul-
tū corporis sui Dominus satis apertè docuit, cum factum
Magdalenæ laudauit. 3.122

Elementum.

- ELEMENTVM quare sic vocetur materia Sacramentorum. 1.
4.50.51. & 87

Elemen-

- Elementum & verbum requiruntur ad Sacramenti effectio-
nem. 3.433
Elementum in Sacramento pœnitentiæ quod sit. 4.67.68.69
Elementi nomine vocatur circumcisio, & cæremoniæ lega-
les à S. Paulo. 1.239
Aliquando in solo elemento, aliquando in verbo, aliquan-
do in utroque est virtus sacramentalis. 1.228

Episcopatus.

- EPISCOPATUS sine presbyteratu nullus est, nec ordo supe-
rior. 5.47
Episcopatus si est Sacramentum à Presbyteratu distinctum,
facile erit defendere Episcopum iure diuino maiore esse
Presbytero, tam ordine quàm iurisdictione. 5.46
Episcopatus est vnus ordo cum Presbyteratu, genere, non
specie. 5.46
Episcopatus includit in sua ratione, & essentia sacerdotium,
loquendo de potestate Ordinis. 5.46. & 47

Episcopus.

- EPISCOPVS est summus, seu primus sacerdos. 5.47
Episcopus non habet, vt possit consecrare Eucharistiã, ex sua
ultima ordinatione: tamen id habet ex alia ordinatione
præcedente, quæ est etiam de essentia Episcopatus. 5.47
Episcopus solus est proprius, & ordinarius Sacramenti Con-
firmationis minister iure diuino, 2.161. & 197. ex dispen-
satione tamen Presbyteri quoq; possunt hoc Sacramentum
conferre. 2.197.201
Episcopus solus consecrat, & conficit Chrisma. 2.179.181. &
per vnctionem Chrismatis dat Spiritum sanctum. 2.187
Episcopus nomine sacerdotis absolute, à veteribus intelli-
gebatur. 5.44
Presbyteri etiam aliquando intelliguntur nomine Episco-
porum. 5.49
Episcopi, siue Episcopalis ordinatio, Sacramentum est verè,
& propriè dictum. 5.44. & seq.
Episcopi ordinatio, est cæremonia imprimens nouum cha-
racterem spiritualem, & conferens gratiam. 5.44.45
Solennitas in ordinatione Episcopi. 5.45
Episcopi

- Episcopi character integer & perfectus, est maior presbyterali, quia illum includit. 5.48
- Episcopi character siue sit alius à presbyterali, siue idem extensior, & maior, est potestas absoluta, & perfecta, & independens conferendi Sacramenta Confirmationis, & Ordinis. 2.202
- Episcopi soli simpliciter & absolute succedunt Apostolis. 2.199. 3.582
- Episcopi inter Missarum solennia, cum ordinant sacerdotes, pronunciant verba consecrationis alta voce. 3.820
- Episcoporum proprium est iure diuino prædicare: tamen eorum concessione prædicant etiam Presbyteri, & aliquando etiam Diaconi. 2.202
- Episcoporum quædam esse propria Dominus voluit, vt inde eorum eminentia supra ceteros appareret; & quia sic voluit honorare episcopalem dignitatem. 2.203
- Episcopis peregrinis in signum pacis & communionis, antiquissimus fuit mittendi Eucharistiam. 3.434. 449
- Inter Episcopum, & Presbyterum tantum discrimen ponitur à Scriptura, quantum est inter Principem, & eius subditos. 2.202
- Chorepiscopi, alij erant veri Episcopi, sed in aliena diocesi morabantur; alij tantum Presbyteri. 5.53

Epistola.

- EPISTOLAE lectio in Missa. 3.851
- Epistolæ Clemētis Romani, Melchiadis, & Eusebij Emisiani sunt apud nonnullos dubiæ, vel etiam suppositiæ. 2.174
- ESAV non inuenit pœnitentiam. 4.214

Ens, & Essentia.

- ENS & verum, obiectum mentis nostræ. 3.281. 282
- Ens per accidens, & ens per se. 1.40. 41
- Esse, id est, existentia accidentis, distinguitur ab eius essentia. 3.415
- Vltimum sui esse, primum sui esse, primum non esse, & vltimum non esse. hi modi dicendi in quæ cadunt. 3.88
- Essentiæ in indiuisibili consistunt. 3.303
- Est, hæc particula, in illa propositione; Hoc est corpus meum, non accipitur pro significat; sed proprie, ita vt nihil significet,

SACROSANCTVM EUCHARI-
STIÆ SACRAMENTVM.

Quæ conferunt ad hoc Sacramentum, vide in his omnibus locis videlicet v. Accidēs, Caro, Cœna, Communio, Consecratio, Corpus Christi, Manducatio, Panis, Species, & Transubstantiatio.

De vera, ac reali, & substantiali præsentia corporis & sanguinis Domini, in hoc non minùs admirabili, quàm venerabili Eucharistiæ Sacramento.

Præsentia corporis Domini in Eucharistia probatur primò ex solo verbo Dei. 3. à pag. 29. & seq. Secundò ex Patribus. à pag. 137. vsque ad finem 2. libri. Tertiò ex iudicio rationis, toto tertio libro.

Hæreses cõtrariæ huic reali præsentia habentur 3. 12. & seq. & 140. vide etiam 1. pag. 2. 3. 4. 5. 103. 104. 105

Sententia Catholicæ Ecclesiæ est hæc : In almo sanctæ Eucharistiæ Sacramento, post panis & vini consecrationem, Dominum nostrum Iesum Christum verum Deum, atque hominẽ, verè, realiter, & substantialiter sub specie illarum rerum sensibilium contineri. 3. 23

Singula verba huius decreti aliquid continet quo damnentur hæreticorum sententiæ. 3. 23. & 24

Ex huius Catholicæ sententiæ expositione deducuntur aliquot regulæ de modo loquendi in hac materia. 3. 24. 28. 32

Eucharistia figurata primùm in lege naturæ, deinde in lege Moïsi, & in Euangelio, tum promissa, postea instituta, denique frequentata & commendata est. 4. 353

In institutione Eucharistiæ, est Sacramentum, testamētum, pactum, lex & dogma. 3. 61. 62. & 63. de pacto vide 1. 282

Eucharistiæ celebratio, non est noua institutio Testamenti, sed repræsentatio eiusdem. 3. 100

Propriæ acceptioni verborum Eucharistiæ, seu præsentia Christi in Eucharistia nõ repugnat articulus Ascensionis. 3. 67

Et promissio Spiritus sancti, non fuit contra præsentiam Christi in Eucharistia. 3. 130

In Eucharistia, Christus in propria specie non videtur, nec tangitur, sed in specie aliena. 3. 218

In Eu-

In Eucharistia totum Christum esse, cur non mirati sint Apostoli, & nunc tot millia Catholicorum. 3.91

In Eucharistia non est nuda caro, sed diuinitati vnita, & per Spiritum Dei viua, & viuificans. 3.126

In Eucharistia esse carnē Domini rectissimè probatur, quia Christus est Deus, qui potuit præstare id quod dicebat. 3.190

In Eucharistia est caro illa quæ crucifixa est, & est corpus illud, quod pro nobis ad mortem traditum est. 3.352. 355. 356. & 357

In Eucharistia quomodo sit Christus, & in aliis rebus Deus. 3.610

In Eucharistia Christi corpus fuisse credimus, etiam ante Christi resurrectionem. 3.135. & 136

Ex Eucharistia probatur vera carnis resurrectio. 3.152. 341

Christus ob omnipotentiam ipsius non concluditur in paxide, aut speciebus panis: tamen totus ibi reuera est. 3.133

Ex iudicio rationis eadem veritas probatur.

Primò, an possit fieri, vt corpus Christi præsens constituatur in Eucharistia. 3.279

Quæ sit regula cognoscendi quid Deus possit. 3.280

Possit vnum corpus simul esse in pluribus locis. 3.284. sol- uuntur obiectiones. 3.293

Secundò ostenditur Deum voluisse, & fecisse, vt re ipsa corpus Domini in Eucharistia præsens adesset. 3.323

Errores Scholasticorum circa mysterium Eucharistiæ. 3.301

In hoc mysterio maximè locum habet dilemma quoddam sancti Augustini. 3.337

In Eucharistia licet sit corpus Domini secundū substantiam: non tamen est ibi eo modo, quo fuit in cruce, nisi per similitudinem. 3.243

Hoc mysterium sola fide comprehenditur. 3.254

In Eucharistia, quomodo sensus fallantur. 3.125

In Eucharistia Christum esse in gloria Patris dupliciter intelligi potest. 3.129

Ad mysterium Eucharistiæ defendendum, satis est, si vnum corpus possit esse quocunq; modo in pluribus locis. 3.288.

289. quomodo autē corpus Christi sit in Eucharistia. 3.301

De

*De modo, ac ratione existentiae Christi in
Eucharistia.*

- Recensentur** variae de hac re sententiae. 3.345. & refelluntur
varij errores. ibid. & seq.
- Ratio proxima**, qua in Eucharistia sit corpus Christi est to-
talis conuersio substantiae panis & vini, in corpus & san-
guinem Domini. 3.363
- Aduersariorum** sententiae negat esse rem permanentem, sed
dicunt esse actionem transeuntem. & hoc est dogma Lu-
theranorum. 3.262. & 422
- Probat**ur ex verbis institutionis Dominicae, Sacramentum
Eucharistiae esse rem permanentem, & in eo corpus Do-
mini permanentiter existere. 3.423
- Explicatur** quid sit proprie Sacramentum Eucharistiae. 3.447.
vide 1. pag. 89
- Sacramenti** vocabulum si accipiatur amplissime pro omni
signo rei sacrae sanctificantis animam; tunc consecratio
Eucharistiae Sacramentum dici potest. 3.447
- Solae** species panis, & vini non habent integram Sacramenti
rationem. proprie enim, & strictissime accipitur Sacra-
mentum pro signo non solum significante, sed efficien-
te etiam animae sanctitatem, quomodo vox Sacramenti,
non conuenit, nisi Sacramentis nouae legis proprie dictis.
3.447
- Etsi** tam species panis & vini, quam corpus & sanguis Domi-
ni ad essentiam Sacramenti Eucharistiae pertineant; ratio
tamen Sacramenti magis conuenit speciebus, ut continet
corpus, quam corpori Christi, ut est sub speciebus. 3.449.
vide etiam 3.607
- Ratio sacrificij**, nec non pignoris, & alimenti diuini, magis
conuenit corpori Domini, ut est sub speciebus, quam spe-
ciebus, ut continent corpus Domini. 3.449
- Eucharistia** non solum est Sacramentum refectionis, seu mu-
tationis, sed praeterea est memoriale omnium miraculo-
rum, & quasi compendium vitae, passionis & resurrectio-
nis Domini. 3.340
- Eucharistia** est signum, symbolum, representatio, ac ty-
pus mortis Christi; seu carnis & sanguinis, ut visibiliter
in cruce,

- in cruce, illa suffixa, ille effusus est. 1.39.57.139.142.282.3.39.
102.533.540.547.601.602.665.& 672
- Eucharistia quomodo sit signum representans carnem Christi
vt morientem in cruce, & sanguinem vt in cruce effu-
sum. 3.142.& 214
- In Sacramento Eucharistiæ habemus Christum sub signis, &
imagine velatum, in cælo autem videbimus sine vlllo si-
gno. 3.201
- Eucharistiam paradoxum existimarunt infideles. 3.189
- Eucharistiam esse instrumentum excitandę fidei, sicut baptis-
mus, & solum Dei verbum, passim affirmant, & passim re-
futantur aduersarij. 3.151.& 152
- Similiter sæpe respondent ad Scripturas & Patres, quæ pro-
bant veritatem Catholicę fidei, tropicè & figuratè omnia
esse explicanda. 3.47. 60. vel panem esse figuram veri cor-
poris & sanguinis pro nobis traditi, & effusi. 3.79. vel sym-
bolicè Patres loqui 3.217. vel in cælo esse Christi carnem
propriè, in terris autem symbolicè. 3.221. vel carnem Chri-
sti fide tantùm suscipi, nõ ore. 3.72.106.141.151.188.211.232.
240. denique audent etiam dicere Eucharistiam repræsen-
tare corpus Christi; seu in hoc Sacramento esse nudum si-
gnum; seu esse corpus tantùm significatiuè, vel figuram
- Infantes tunc recte vocari, cum in numerum vocatorum adscribuntur. 2.55
- Cur tot infantes perire sinat Deus, cum sine sua culpa non baptizentur. 2.25. 26
- Consilium aliquorum de differendo baptismo infantium usque ad triennium, non sequuntur Patres. 2.60
- In infantibus propter incapacitatem non potest seruari ille ordo, ut prius doceantur, deinde baptizentur. 2.57. vide expositionem illius loci Matth. 28. Euntes docete, &c.
- In infantibus baptizatis inhabitat Deus; cum tamen infantes Deum non norint. 2.65
- In infantibus baptismus mortificat peccatum. 2.66
- In infantibus baptismus efficit testimonium bonæ conscientiae fundamentaliter tantum. 2.66
- Infantis ætas idonea ad regnum cœlorum. 2.52

Innocentius III.

- INNOCENTII Papæ III. laus. 1.266. 267
- Innocentij III. tempore inuentam esse transubstantiationem falsissimè aduersarij iactant. 3.377. 385
- Illumque Confessionem instituisse crassissimè mentiuntur. 4.307
- An aliquando idem opinatus sit Christum nullis verbis consecrassè. 3.498
- SS. INNOCENTIVM dies festus. & eorum Martyrium. 2.33. 34. 54. & 78
- INTELLECTVS humani imbecillitas. 3.282
- In intellectu an possit contingere error in particulari apprehendendo vnum pro alio. 3.409
- Intelligendi facultas est potentia, quæ per diuinam potentiam potest tolli ab homine, absque eo quod desinat esse homo. 3.319. & 320

S. Ioannes Baptista.

- S. IOANNES Baptista exultauit in vtero. 2.80
- Præcurfor Domini fuit. 2.123
- Efficacissimè prædicabat. 2.120. & prædicabat baptismum Pœnitentiæ, id est, quod incitabat, & inuitabat ad pœnitentiam;

- tiam; quam qui agerent vt oporteret, consequerentur remissionem peccatorum. 2.129. vide supra v. Baptismus.
- Pœnitentia quam prædicauit Ioannes Baptista non fuit Sacramentum, quia defuit illi verbum absolutionis, confessioni peccatorum adiunctum. 4.74
- Confessio tamen, quæ illi fiebat, fuit figura confessionis, quæ Christi Ministris facienda erat. an illa confessio esset omnium peccatorum in specie, & quare fiebat simul cum baptismo Ioannis. 4.259.260
- Ioannes non imposuit finem legi, illam abrogando, sed imposuit finem, quia fuit ipse vltimus Propheta veteris Testamenti. 5.271.& 272
- Ioannis Baptistæ, sanctitas, & vitæ asperitas. 4.363
- Ioannis mors incidit in ipsum initium cōiugij Herodis cum Herodiade. 5.271
- Ioannis doctrina nō fuit eadē cum doctrina Christi, nisi in eo sensu, quod nihil contrarium Christo docuit Ioannes. 2.128
- Ioannis baptismus in quo differebat à baptismo Christi. 1.55. 56.188.189. vide v. Baptismus, vbi de hac differentia.
- Ioannem Baptistam à Christo baptizatum non leuis est coniectura: certum est autem, eum à Christo saltem spiritu baptizatum, quod si non fuit baptizatus aqua, non est mirum, quia mortuus est, antequam lex de baptismo Christi obligaret. 2.133
- S. IOANNES Apostolus, & Euangelista sacerdotio functus est. 3.75.725.726
- Ioannes Euangelista non solet ea repetere, quæ alij Euangelistæ scripserunt; nisi fortè cū aliquid circa eandem historiam addendum iudicat. 4.58
- Ioannes Euangelista pro quodam adolescente in multa crimina delapso, se longo ieiunio maceravit. 4.391
- IRIS est signum commemoratiuum. 1.78.79. non est Sacramentum. 1.233.234. vide similia. 1.17.& 51
- Iudas.*
- IUDAS non vt membrum Diaboli, sed vt instrumentum Christi Sacramentum administravit. 1.156
- Iudas etsi reprobus: tamen baptizabat, nec rebaptizabantur quos ille baptizauerat. 1.152
- Iudas solo corpore comedit cibum Eucharistiæ. 3.53
- Iudas

- Iudas non habuit tres Pœnitentiæ partes, quas Catholici in Sacramento Pœnitentiæ requirunt. 4.124
 Iudæ socij qui sunt. 3.122
 IUDICIS corpus, sensus, prudentia & voluntas sunt instrumenta Regis. 1.161
 Iudicum imperia efficacia. 1.162
 Iudicare & discernere dogmata cuius sit. 1.140.144
 IUDICII futuri timor. 4.224. & seq.228
 In die iudicij siue vniuersalis, siue particularis, nulla erit utilis pœnitentia. 4.213
 In die iudicij omnia peccata nostra à Satana in medium proferentur. 4.276
 IULIANVS apostata, etiam sine vera fide, & deuotione signo crucis est adiutus. 1.322

Iuramentum.

- IURAMENTVM aliquando idem est, quod Sacramentũ. 1.31
 Iuramentum Dei, & nostrum, in quo differant. 1.73
 Iuramentum licet sit de re mala absolutè: tamen mutatis circumstantiis potest variis modis honestari. 5.257.258
 Iuramento quando uti liceat. 1.73
 Iuramento Dominus confirmauit oportere manducari ipsius carnem. 3.43
 IURISDICTIONIS, & ordinis potestas non aufertur hominibus à Deo, ob eorum peccata. 1.151
 IUS naturæ continet duo genera præceptorum. 5.142.143

Iustificatio.

- IUSTIFICATIO ab hæreticis tribuitur soli fidei sine Sacramentis. 1.69.70.121.128.183. & seq.212. vide v.Fides.
 Iustificatio quam in Sacramentis accipimus, non tribuitur dignitati, aut merito operis nostri; sed institutioni diuinæ, & operi Christi. 1.126
 Iustificatio fit à Deo, à verbo, à fide, à Christi passione; sed diuerso modo. vide I. pag.9.10.11.& 13.177.& 222
 Iustificatio quæ fit in Sacramentis, vtrum fiat in vltima parte sensibili, an verò in instanti illo quo finitur actio sacramentalis. 1.223.230
 Iustificatio ex opere operato conuenit non solum baptismo fluminis, sed etiam sanguinis, videlicet Martyrio. 2.33
 Iustifi-

Iustificatio ex opere operantis conuenit baptismo fluminis.
2.35-37

Quam vim habeant iustificandi Martyriū & Pœnitētia. 2.28
Ad hoc vt iustificent nostra Sacramenta debent habere annexam promissionem absolutam gratiæ. 1.248

Veteres Patres quomodo iustificati. 1.234-338

Vetera sacrificia non iustificabant. 1.237-238

Iustificatio quam recipit aliquis, dum percipit Sacramenta, multa continet, ex parte Dei, Christi, Ministri, suscipientis, & Sacramenti. quid autem propriè, actiuè, proximè, & instrumentaliter efficiat gratiam. 1.177

Causæ instrumentales iustificationis sunt Sacramenta, & hoc ex opere operato. 1. à pag. 173. vsque ad 231

An Minister Sacramenti habeat in se vim efficientem respectu iustificationis. 1.163

Actio Ministri est illa qua vtitur Deus tanquam instrumento ad iustificandum. 1.227. vide de hac actione, quæ sit, & quomodo eleuetur à Deo ad attingendum effectum supernaturalem. 1.228. & 229

Iustificatio Sacramentorum, non est per excitationem fidei, more concionis, sed immediatè efficiendò sanctitatem. 1.207. & seq. vide 1.217. quomodo dicatur homo iustificari per ministerium Sacramentorum.

Iustificatio formalis per fidem, cum est perfecta, & viuua. 1.216
In iustificatione quomodo concurrant fides & Sacramenta. 1.220

Iustificatio actiua, est Sacramentorum. fides verò, & pœnitentia iustificat vt dispositiones, vel vt causæ meritoria iustificationis de congruo. 1.220

Iustificatio aduulorum non contingit sine fide. 2.75-4 pag. 9. 37-38

Paruulos autem iustificari in fide parentum, vel Ecclesiæ, quomodo sit intelligendum. 2.78

Iustificatio per Christum latius patet, quam iustificatio per Baptismum. 2.109

Iustificationis quæ fit in baptismo tres effectus. 1.272

Iustificatio per propriam, & nobis inhaerentē iustitiam. 2.109

Inter ea, quæ ad iustificationem disponunt, ponitur primo loco fides. 4.112

Actus

- Actus pœnitentiæ, qui est à Spiritu sancto ad iustitiam nos disponit, & suo modo causa est iustificationis. 4.188
- Ex operibus cum auxilio Dei speciali factis, possumus mereri aliquo modo iustificationem, & gratiam benè operandi, ante iustificationem autem, nulla agnoscuntur merita, nisi mala. 4.189
- Iustificatio prima per Baptismum, & secunda per pœnitentię Sacramentum in quo differant. 4.359.376.390.409. & 411
- Iustificatio lapsorum post baptismum, est vera peccatorum remissio, & reconciliatio. 4.409
- Iustificatio impij per baptismum, & Pœnitentię Sacramentum peccata remittit per Christi merita, præcedente fide, & Pœnitentiã, ac Deo corda excitante, & adiuuante, vt serio conuertantur, & pœnitentiã, vt oportet, agant. 4.76.78
- Iustificatio nostra pendet à virtute sanguinis Christi, siue cum baptizamur, siue cum reconciliamur, siue cum potamur, sed per diuersa externa signa, atque aded Sacramenta. 4.87. neque iustificamur ex vi satisfactionis nostræ. 4.412
- Iustificationis varia instrumenta. 3.746.747
- Iustificatio potest contingere per solam contritionem. 4.110.115
- Meritum de condigno sequitur iustificatum, non autem præcedit iustificandum. 4.190
- Iustificatio, & remissio peccatorum ad hoc vt obtineri possit ab adultis, necessaria est necessitate mediij contritio, saltem imperfecta. 4.167.168
- Ad iustificationem vera charitas sufficit, quæ charitas sine vera contritione, in eo, qui peccati mortalis cõscientiam habet, nullo modo existere potest. 4.171
- Per actum dilectionis, in quo contritio virtute continetur, in duobus casibus quis potest à peccatis occultis iustificari. 4.172
- Quouis momento possunt homines per verã pœnitentiã iustificari. 4.182
- Iustificatio finis est Pœnitentię. 4.114.118
- Pœnitentiã à peccatis, & mandatorum observatio in voto scilicet, & proposito, via quædam est ad iustificationem. 4.158

M

Iustificari

- Iustificari potest homo per veram pœnitentiam cum voto Baptismi, antequam baptismum reipsa percipiat. similiter potest iustificari per veram pœnitentiam cum voto Sacramenti suscipiendi, ante sacerdotis absolutionem. 4.191. 192. & seq.
- Iustificationis ordo an bene enumeretur. 4.198
- Iustificationis mundatio comparatur rebus verè, & propriè mundis. 1.194.2.85
- Iustificationis causa est cœrritio. 4.184.185. & seq. vide etiam 4.120
- Virum autem iste actus pœnitentiæ, vt etiam fidei, & dilectionis sit tantùm dispositio, & non meritum neque de condigno, neq; de congruo; vel sit dispositio, & meritum de congruo. 4.185
- Iustificationis varij modi enumerantur, vt Baptismus, Martyrium, &c. 4.333
- Iustificationis propriæ certitudo infallibilis, non est huius vitæ. 1.166
- Iustificationis iam acceptæ sigillum accipere quid sit secundum Calvinum. 1.192
- Iustificatione hominis solis precibus fieri, fuit hæresis Melchalianorum. 1. pag. 3. & 183
- Iustificationem sequitur testimonium bonæ conscientia. 1. 272
- In iustificatione Deus nō est alligatus Sacramentis, sed contra, Sacramenta sunt alligata Deo. & sine Sacramentis potest Deus iustificare. 1.221
- In sua iustificatione fideles cooperantur Deo. 1.230
- Homo iustificatus, quod non possit ampliùs excidere à gratia, fuit hæresis Caluini. vide 2.88
- Homo iustificatus per gratiam Dei, non solùm potest implere legem, sed etiam aliqua alia opera Deo gratissima facere, quæ imperata non sunt. 4.380.399
- Opera bona quæ sunt post iustificationem, nō omnia sunt inter partes pœnitentiæ numeranda. 4.114
- Iustitia.*
- IUSTITIA & peccatum simul habitare non possunt. 1.86
- Iustitia, & gratia ad nos venit per verbū & Sacramenta, tanquam per manum Dei, & quomodo. 1.222
- Iustitia

- Iustitia quæ in actionibus versatur duplex est. 4.339
 Iustitia perfecta & absoluta inter Deum, & homines esse non potest. 4.339
 Iustitiæ potentialis officium est compensare iniuriam Deo factam, vt inde reconciliatio consequatur. 4.163
 Iustitiæ vita viuere incipimus per Christi resurrectionem. 1. 215
 IUSTVS quomodo ex fide viuat. 1.212
 Iusti fuerunt multi ante Christi aduentum. 1.238
 Iusti aliquando affliguntur, & peccatores non puniuntur. 1.260
 Iusti quotquot fuerunt ab initio mundi, ob sacrificij crucis participationem iusti fuerunt. 3.731
 Iusti etiam indigent, vt Christus eos quotidie lauet à peccatis venialibus. 1.297
 Iustorum pœnitentia. 4.115.120
 Iustis iustitia non prodest post auersionem à Deo. 4.393.416
 In iustis & sanctis timor Gehennæ locum habet, & laudatur. 4.224.225.226.227

K.

Kalendarium.

- KALENDARIJ error ante correctionem. 3.454
 Kalendarij accommodatio apud Hebræos, vt nunquam accidat dies prima azymorum feria II. vel IV. vel VI. 3.454. 460. & seq.
 KYRIELLEISON. 3.204. de huius inuocationis antiquitate posita in sacrificio Missæ. 3.847

L.

Lac.

- LAC dici potest, potus cibalis, qui & sitim, & famē sedat. 3.557
 Lactis & mellis, seu vini delibatio post baptismum, non est amplius in vsu hæc cæremonia. 2.145
 LACHRYMÆ pro satisfactione. 4.371.358
 Lachrymæ Dauid. 4.421
 Lachrymæ Petri. 4.420
 Laici si tentent cōsecrare Eucharistiam nihil efficient. 3.513. 514.515. & 516

- Laicorum ius ad communicandum à Prælatiſ datuſ. & ab
iſdem tollitur, & modus præſcribitur. 3.591
- Laicis, & populo datur cibus ſpirituſ, qui eſt integra, &
totalis refeſtio, & virtualiter continet cibum & potum. 3.
549.552.562. & populus nihil perdit ſumendo tantum v-
nam ſpeciem. 3.552
- Laicis prohibetur tangere, & ſeruare ſacra vaſa. 3.517, & 569

Latro.

- LATRO ſaluatus eſt ſine baptiſmo aquæ. 1. 127. neque tamen
baptiſmo caruit. 4.205
- Latro bonus fide & cõuerſione cordis ad Deum iuſtificatus
eſt. 2.31.39. & 62. eiſque contritio quæ fuerit. 4.165
- LAVRENTIUS Valla, veluti præcurſor quidam Lutheranae fa-
ctiõis videretur fuiſſe. 4.41
- LAZARI hiſtoria fuit figura Confefſionis, & Abſolutionis ſa-
cramentalis. 4.260.261.262
- LEO vario modo conſideratus in ſcriptura, modò bonam,
modò malam habet ſignificationem. 3.481

Lepra.

- LEPRA, vt neq; vllus alius morbus corporaliſ; iuſta cauſa eſt
diuortij inter coniuges. 4.256
- Lepræ corporaliſ cum lepra ſpirituſ, videlicet peccato,
comparatio. 4.244.286
- Leproſi cogebantur in Teſtamento veteri ſe ſacerdotibus
ſiſtere. 4.254
- Lex de purgatione leproſi, non merè politica, ſed maxima ex
parte cæremonialiſ erat. 4.257

Lex.

Vide v. Præceptum. & v. Teſtamentum.

- LEX omniſ habuit materiã Sacramentorum determina-
tam à Deo. 1.114
- Lex vetuſ cur dicatur Moysiſ. 1.129
- Lex vetuſ vt à noua diſtinguitur non habet promiſſionem
gratiæ. 4.114
- Similiter non iuſtificat, eſt litera occidens, dicitur in ſer-
uitutem generariſſe, denique dicitur vetuſ teſtamentum

- Lex vetus quare dicebatur iugum. 1.336
- Lex vetus vsque ad Christi mortem vim suam retinuit, & in morte Christi cessauit, illique finem imposuit Christus, illam abrogando, vnde non amplius obligat. 2.28.5.168. 170. & 271
- Lex vetus toto tempore Ioannis viguit. 5.272
- Legis veteris & nouæ comparatio. 3.733
- In lege veteri fuit facta restrictio Matrimonij quoad personas contrahentes. 5.86
- In lege veteri permissione Dei licita erat Polygamia & libellus repudij. 5.86
- Leges de Matrimonio quæ erant cõmunes populo Iudæorum, non debent esse communes nobiscum. 5.288
- In lege veteri quomodo dicatur fuisse vmbra; imago in Euangelio, & veritas in cœlestibus. 3.200.201
- Lex N O V A dicitur iustificare, vel conferre gratiam, dicitur spiritus viuificans, libertatē afferre, & nouum Testamentum. 1.250.4.141
- Lex Euangelica quando est condita, & quando cœpit obligare. 2.29
- Lex Euangelica non iubet adulteros occidi. 5.164
- Lex media inter veterem, & nouam nulla fuit. 2.113
- Lex Dei facilis & possibilis. 2.100
- Legis Euangelicæ observatio est vnus ex gradibus ad vitam æternam requisitis. 4.198
- Legem implere nemo potest, nisi regeneratus, iustificatus, & filius Dei effectus. 4.195
- Legem politicam non tulit Christus, ferre tamen potuit, si voluisset, & quod per se potest, etiam per vicarios potest. 5.288
- Ad legem diuinam seruandam omnes tenentur, etiam sine baptismo. 2.55
- Ad legem diuinam non obligari Christianos, sed solùm ad fidem fuit hæresis Lutheri. 2.92. & 93. confutatur. 2.95
- Lex Ecclesiastica an obliget in conscientia. 1.325. 2.96. & sequentibus.
- Leges de Matrimonio non sunt merè politicæ, sed etiam spirituales. 5.288

- Lex nulla in terris remaneret, si nullum iam in terris sacerdotium remaneret, eadem enim ratio sacerdotij & legis est. 4.257
- Legis verba perspicua, & propria esse debent, non admixta tropis. 3.62. & 63
- De essentia legis est promulgatio. 2.29
- A lege non datur occasio, vt nitamur in vetitum; sed à lege occasio accipitur. 4.231
- Leges odiosæ non sunt laxandæ, sed restringendæ. 5.262
- Leges humanæ non pugnant cum baptismo. 2.96
- Leges Romanorum non sunt confirmatæ à Deo. 5.273
- Leges Cæsaris positivæ sunt. 5.274
- Non omnes leges ad ius naturæ pertinent, in quibus Moses, & Cæsar conveniunt. 5.272. 273
- LIBAMENTA dicuntur sacrificia rerum liquidarum, vt vini & aquæ. 3.635
- LIBELLVS repudij. 5.80. 86. 167. & 176. vide v. Repudium.
- LIBERTAS Euangelica quæ sit secundum Lutherum. 2.92 vide 2.95
- LIBERI arbitrij vsus requiritur ad Matrimonium contrahendum, qualis etiam requiritur ad peccandum, ad merendum, ad vouendum. 5.204
- LIBRI Canonici non possunt sciri ex Scripturis quot sint, sed ex Conciliis. 1.188

Lingua.

- LINGVA Latina habet plus venerationis, quàm habeat vulgaris. 1.333
- Lingua latina cur nos vtamur in Sacramentis, & hæretici lingua vulgari. 1.94
- Lingua vulgari Sacramenta administrare nulla est necessitas. 1.332. immò multa sunt incommoda. 1.333. 334
- Linguae vulgari vsus nusquam legitur fuisse in administratione Sacramentorum, nisi apud hæreticos. 1.332. 325
- Linguam latinam non fuisse vulgarem probatur. 1.332
- Lingua Sclauonica posse diuina officia celebrare, Morauis à summo Pontifice cōcessum est. Bohemis autem idem peccantibus negatum est. 1.332

LINGVAB

- LINGVÆ igneæ, quæ apparuerunt Apostolis in die Pentecostes repræsentabant effectus Sacramenti Confirmationis. 2.179
- Lingvæ igneæ super Apostolos significabant donum eloquentiæ. 1.194
- LITERÆ capitales versus Sybillinorum, qua de causa faciunt *ἰχθύς*, id est, piscis. 1.195

Liturgia.

- Λειτουργία* munus seu ministerium publicum significat, & pro ministerio sacrificij Eucharistiæ offerendi à Patribus Græcis accipitur. 3.616.704
- Liturgia quædam, licet dicatur Clementis, alia Iacobi, alia Basilij, alij Chrysostomi, alia Ambrosij, alia Gelasij seu Gregorij (nostra videlicet Romana) alia Isidori: non tamē isti auctores liturgiam de integro composuerunt, sed ad meliorem formam redegerunt. 3.859
- Liturgia nostra latina S. Petri censetur. 3.425.493.508
- Liturgia nostra antiquior Euangelio Lucæ, & epistolis Pauli ad Corinthios. 3.508
- Liturgiæ antiquæ in toto Oriente nō inveniuntur, nisi Græcæ, aut Chaldaicæ: in toto autem Occidente nullæ sunt, nisi Latinæ. 3.817. & 818
- Liturgiam qui exposuerint. 3.727
- Liturgiam Græcam alium ordinem habuisse, quàm modò habeat, improbable non est. 3.499.500
- Liturgiis, Patres veteres celebrarunt mysteriū Eucharistiæ. 3.727
- In loco circumscriptiuè esse, quid sit. 3.297
- Quid sit etiam esse in loco definitiuè. 3.298
- In loco esse, & non pendere à loco quid sit. 3.318
- In pluribus locis quare possit esse aliquid, & non in pluribus temporibus. 3.297
- In pluribus locis posse esse vnū corpus probatur. 3. à pag. 284. localiter non posse esse vnum corpus in duobus locis existimauit S. Thomas; sed sacramentaliter tantum. 3.291. vide etiam ipsius opinionem. 2.297

- Vnitas videtur ratio, cur tam corpora, quàm spiritus non videantur posse esse in pluribus locis. 3.288
- Loca discontinua sunt cœlum & terra: non autem corpus Christi vt est vtrobique, est discontinuum vel diuifum à se ratione substantiæ propriæ, siue quantitatis; sed solùm est diuifum à se respectu loci. 3.297
- Loquutio est actio corporis viuientis per instrumentum linguæ & palati. 1.135

Lotio.

- Lotio pedum, quã Dominus instituit, non est Sacramentum. 1.295. & seq. quid mysticè significauerit. ibid.
- Lotio pedum Neophytorum erat olim cæremonia, quæ nunc exoleuit. 2.145
- Lotio, & renouatio interior per baptismum. 2.59. vide v. Baptismus.
- LVDovicvs Viues falsò dixit neminem olim admotum sacro Baptismo, nisi ætate adulta. 2.50. & 53
- Lvx primo die creata à Deo, mansit sine sede, & subiecto, corpore videlicet solari, tribus diebus. 3.414
- Lux primigenia, à lumine, quod per aquam, & aërem diffundebatur distinguitur. 3.415
- LYRANVS fallitur in expositione illius loci Exodi 4. Et dimisit cam. 2.42

M.

Magia.

- MAGICA signa nullam habent vim naturalem. 1.110. III
- Magica signa quomodo agant. 1.227
- Magiæ incantationes damnantur in duobus. 1.110
- Magiam, & incantationem non verentur impudentissimi huius temporis hæretici, vocare verba sacramentalia. 3.489. 505
- MAGNITVDO potest intelligi, atque etiam definiri sine loco, & potest esse sine loco. 3.303. 318. 319
- Magnitudinis officiũ, & functio quædam est replere locum, & expellere alia corpora. 3.304

Magni-

Magnitudini tria conueniunt. 3. 302
 MANDATO diuino per accidens est quod sit scriptum, vel
 non scriptum. 1. 54

Manducatio.

MANDUCATIO sacramentalis corporis Domini in Eu-
 charistia habetur in 6. cap. Ioan. 3. 40. & seq.
 Manducatio Christi per fidem, fuit res omnium temporum,
 & Patres veteres ita Christum manducarunt. 3. 39. & 42
 Manducatio sacramentalis dat vitam. 3. 50. item spiritua-
 lis. ibid.
 Māducatio vera, & propria, & realis corporis Christi in Eu-
 charistia. 3. 92. 189. 231. vide v. Corpus Christi.
 Ad rationem manducationis nō est necessaria attritio, sed
 satis est sumptio ab ore ad stomachum per instrumenta
 humana, & vitalia. 3. 53. & 89
 Manducatio carnis Christi non est humano, & carnali mo-
 do, vt manducantur aliæ carnes. 3. 127. 166. 185. 186
 Manducare carnem humanam, quare horreat animus.
 3. 393.
 Manducatio Sacramenti Eucharistiæ pertinet ad vsum hu-
 ius Sacramenti. 3. 430. 447.
 Manducatio Eucharistiæ Sacramentum propriè dictum di-
 ci nullo modo potest. 3. 433. & 447
 Manducatio corporis Christi manente saluo, & incolumi,
 quod est in cælo. 3. 208. & māducatio vera agni, cum tamē
 viuus, & integer perseueret. 1. 137. vide 249
 Manducatio corporis Christi est refectio, & ij verè mandu-
 cant, qui verè reficiuntur, scilicet cum fructu, & gratia su-
 munt. 3. 113. & 114
 Manducatio spiritualis extra Sacramentum, datur in cibum
 spiritus, & spiritualiter distribuitur, quomodo impij mā-
 ducare non possunt. 3. 170. 177. 186
 Manducatio spiritualis per fidem incarnationis, quæ sit.
 3. 53. 249.
 Si fide tantum manducaremus Christi carnem, & non cor-
 poris instrumento, esset in mente, & animo nostro tan-
 tum. 3. 191
 Manducationis carnis Christi promissio & impletio. 3. 42

M 5

Item

- Item, Vis præcepti de manducatione carnis sub specie panis per modum cibi, & de potu sanguinis sub specie vini, nõ consistit in modo sumendi, sed in ipsa re, quæ sumenda est. 3. 56
- Manducationem Angelorum in corpore assumpto mirabilem esse. 3. 212. & 213
- Ante manducationem fuit confectum Sacramentum Eucharistiæ in cœnis. 3. 424. 425

Manna.

- MANNA Iudæorum non erat eiusdem virtutis cum Eucharistia. contra Caluini blasphemiam. 1. 258. 259. & seq.
- Manna Iudæorum non fuit Sacramentum. contra eundem. 1. 56. 250. 259. 260. & sequentib. vide alia huiusmodi. 1. 17. & 51.
- Manna Iudæorum erat figura Eucharistiæ. 1. 196. 3. 32. vide quæ dicuntur 3. 104. 109. 113. 244. & 550
- Manna vocatur etiam cibus spiritualis propter causam, & propter significationem. 1. 261
- Manna producebatur per miraculum opera Angelorum, & hoc modo dicebatur panis Angelorum. 1. 261
- Manna fuit memoriale mirabilium, quæ in deserto Hebræis contigerunt. 3. 340

MANVS IMPOSITIO.

Vide v. Confirmatio.

- MANVS IMPOSITIO cum oratione fuit medium, seu organum, seu signum sensibile, constans ex rebus & verbis, quibus applicabatur promissio Spiritus sancti, & hoc donum quod dabatur tunc omnibus baptizatis per manus impositionem, fuit illud idem, quod promissum fuit Apostolis. 2. 153. 156. vide quæ dicuntur de manus impositione in Sacramento Confirmationis. 1. 86. 96. 192. 290. & 303. 2. 65. & 206.
- Manus impositio Apostolorum fuit Sacramentum. contra Caluinum. 2. 154. 303. & seq.
- Manus impositio numeratur cum baptismo, cum fide, poenitentia.

- nitentia, & cum aliis rebus quæ pertinent ad salutem, & ad fundamentum religionis. 2. 155
- Manus impositio est causa gratiæ. 1. 192. & 291
- Per manus impositionem licet nõ detur Spiritus sanctus visibiliter vt olim dabatur: datur tamen inuisibiliter. 2. 158. & sequentib. vide etiam de visibili descensu. 2. 116. & 154. 5. 57.
- Promissio Spiritus sancti per manus impositionem non solis Apostolis, sed toti Ecclesiæ perpetuò facta. 2. 157. 158. & solis Episcopis concessum est. 2. 161. 162. 199. Episcopis autem bis manus imponit confirmandis. 2. 159
- Manus impositio rectissimè dicitur ipsa vnctio Chrismatis & signatio, impositio enim manuum cõiuncta etiam fuit cum vnctione, & signo crucis. 1. 292. 2. 159. 185. & seq. & 5. 56.
- MANVS impositio reconciliatoria nihil est aliud, nisi oratio super hominem; id est, non est consecratio aliqua, quæ maneat & characterem imprimat, vnde repeti non possit, sed est tantum cæremonia adiuuans orationem. 2. 172.
- Manus impositio reconciliatoria distincta erat in Ecclesia Occidentali, à manus impositione confirmatoria. 2. 171.
- Manus impositio, quæ fieri solet à sacerdote in pœnitentis reconciliatione non est de essentia Sacramenti pœnitentiæ. 4. pag. 9
- De impositione manuum, quæ in ordinatione fit, extant exempla in Scriptura. 5. 35
- Manus impositio ad essentiam Sacramenti Ordinis pertinet. 5. 54
- Manus impositio traditur pro symbolo externo ordinationis à Scriptura. 5. 55
- Manus impositionis ritum, Apostoli cœperunt primi usurpare in ordinationibus. 5. 36. 37. & 59
- In hac manus impositione datur Spiritus sanctus, & gratia sacramentalis. 5. 56. & 57
- MANVS impositio, & benedictio sacerdotalis est cæremonia, quæ fit Catechumenis ante baptismum. 2. 140

MANVS

MANVS impositio super victimam in Testamento veteri.
3. 632. 676.

Manus.

MANVS impositio fuit aliquando ad morbos corporales depellendos. I. 174. 2. 155

MANVS Dei dicuntur verbum, & Sacramenta, & quomodo. I. 222

Manuum lotio ante sacrificium Missæ, est symbolum puritatis animi, qua pollere debent sacerdotes. 3. 841

Manuum eleuatio est vna ex cæremoniis Missæ. 3. 839. vide etiam de manuum eleuatione. I. 329. 682

Manibus suis seipsum nemo portare potest, Christus autem solus seipsum portauit in Sacramento Eucharistiæ. 3. 238. & 427

MARCIONISTARVM hæreses. 3. 146. 308. 309. 342. 345. 355. 403. 404. 408. & 410.

MARIS rubri transitus non erat Sacramentum. I. 47. 250. 258. 259. & seq. neque habebat eandem vim cum nostro Baptismo. I. 262. vide etiam I. 17. & 51. fuit tamen figura Baptismi. I. 196

Maria Magdalena.

MARIA MAGDALENA putauit Christum hortulanum esse. 3. 411

Mariæ Magdalenzæ contritio, & conuersio. 2. 38. 4. 181. 183. & 234.

Mariæ Magdalenzæ absolutio. 3. 492. 499. 480. 506. 507. 4. 74. 75. 94. 112. 194. & præsertim 196. 197. 5. 39.

Mariæ Magdalenzæ, quare prohibuit Christus ne seipsum tangeret post resurrectionem. & multa de Magdalena. 3. 130. 131. 132. & 531.

Maritus si sit etiam ipse adulter, facilius poterit ignoscere vxori adulteræ. 5. 178

Mariti etiam sine sua culpa tenentur ad perpetuum coelibatum post diuorrium vxoris. 5. 178

Martyres.

MARTYRIS gratia qualis. 2. 33

Martyres futuri, qua re debeant armari. 3. 557. 591
Mar-

- Martyres in agone martyrij constituti, timore Gehennæ ante oculos mentis propositæ, vincere soliti erant earum pœnarum timorem. 4. 224
- Martyres sæpe per actum dilectionis iustificari possunt. 4. 172.
- Martyres primitiivæ Ecclesiæ dicuntur nostris azymis signati. 3. 470
- Martyres cœperunt publicè inuocari, & eorum nominibus dies festi coli, & Basilicæ erigi ab initio planè Ecclesiæ. 3. 865.
- Martyrum passiones differunt à passione Christi in quatuor. 3. 634. 635
- Martyrum passiones dici possunt sacrificia largo modo. 3. 643.
- Martyrum memoriæ solennis celebratio, quando cœpit. 3. 798. 799.
- Martyrum celebratio in lectionibus, & concionibus. 3. 876
- Martyribus non offeruntur sacrificia, neque eriguntur templa, & altaria, licet hæc fiant in eorum memoriam, & honorem. 3. 790. 791
- MARTYRIUM rectè dicitur, & est quoddam Baptisma. 1. 203. 2. 30. & conuenit cum Baptismo aquæ in tribus. 2. 31
- Baptismus autem sanguinis dicitur. 1. 303
- Martyrium vim iustificandi habet non ex se, sed ex pacto, & promissione Christi. 2. 38. 4. 317
- Martyrium & Sacramenta diuerso modo iustificant. 2. 39
- Martyrium licet baptisma quoddam sit: non tamen est Sacramentum. 2. 39
- Mors imminens per martyrium non solum nõ impedit, sed etiam excitat peccatorum recordationem. 4. 172
- Ante martyrium requiritur fides, & dilectio saltem inchoata, & pœnitentia saltem imperfecta, sine affectu ad peccatum. 2. 33. 35

Materia.

- MATERIA est subiectum accidentium. 3. 351
- Materia Sacramentorum, quare vocetur elementum. 1. 44. 50. 51. & 87.
- Materia Sacramentorum est totum elementum cum sua significatione.

- gnificatione, & totum verbum cum sua significatione est forma. 1.50
- Materia & forma Sacramentorum non possunt mutari ab Ecclesia, quia sunt de essentia. 1.50
- Duplex acceptio materiæ in Sacramentis. 4. 101. 102
- Materiæ & formæ nomina in Sacramentis largo modo accipienda, & inuenta sunt à posterioribus doctoribus ad rem facilius explicandam. 1.90. 4. 98
- Materiæ Sacramentorum aptius tribuitur nomen Sacramenti, quàm formæ. 4. 49
- Materia prima non remanet post conuersionem panis in corpus Christi. 3.365

Matrimonij Sacramentum.

- Vide verba Coniugium, Coniux, Consanguinitatis gradus, Mulier, Nuptiæ, Polygamia, & Vxor.
- De erroribus hæreticorum, & de statu quæstionis, an videlicet in Matrimonio inueniantur illa tria, quæ requiruntur in vero & proprio Sacramento, nempe symbolum externum, promissio gratiæ, & mandatum siue institutio diuina. 5. 64. 65. vide etiam 1. pag. 4. & 15.
- Matrimonium est Sacramentum propriè dictum, quod probatur ex diuinis literis. 5. 66. ex Patribus. 5. 75. & 95. & ex ratione. 5. 79. soluuntur argumenta aduersariorum. 5. 89. & sequent.
- Matrimonium à Deo est institutum. 5. 66. 67
- Matrimonium est signū rei sacre, & proinde non solum ciuilibis contractus, sed etiam mysterium quoddam, & Sacramentum, quod ad Christum, & Ecclesiam referatur. 5. 68. vsque ad 72. vide etiam 5. 79. 80. & 84.
- Matrimonium habet etiam gratiæ promissionem, quia non solum est signum coniunctionis Christi & Ecclesiæ per naturæ conformitatem, sed etiam per spiritualem charitatem, qua Christus Ecclesiam diligit, & sanctè gubernat, neque potest hoc significare, nisi ioter virum & vxorem præter ciuilem contractum, sit etiam vnio spiritualis animorum. hæc autem vnio sine gratia Dei haberi non potest. 5. 73. vide etiam 80. 81. & 83.

Gratiam

- Gratiam quam confert Matrimonium, quomodo prima & secunda dici possit. 5. 100
- Matrimonium ex se quidem res naturalis est, & civilis: tamen ex adiuncta significatione, & efficientia gratiæ, factum est. 5. 115
- Matrimonium Christianorum non minus ad placitum, & ex diuina institutione significat, quàm alia Sacramenta. 5. 96
- Matrimonium est summus amicitiae gradus. 5. 111
- Vocatur donum Dei. 5. 75
- Malè comparatur à Caluino agriculturæ, sutoriæ arti, atque tonstrinæ. 5. 65. 77. 81. & 87
- Benè autem comparatur cum baptismo, quoad rationem tantùm Sacramenti. 577. & cum Eucharistia, quòd non solum est Sacramentum dum fit, sed etiam dum permanet. 5. 104. 115
- An excellat in aliqua re cæteris Sacramentis. I. 313
- Et cur vltimo loco ponatur. I. 313
- Matrimonium necessarium ad bene esse non singulis hominibus, sed Ecclesiæ in vniuersum, posita diuina institutione. I. 122
- Matrimonium in lege veteri tantùm restrictum quoad personas contrahentes. 5. 86
- Matrimonium cur omissum à Rabano in enumeratione Sacramentorum. I. 309
- Turpitudine autem immundities, & inquinatio quæ in matrimonij actu inuenitur, est ratione concupiscentiæ, & rebellionis membrorum. vnde instrumenta eius actus in Leuitico, turpitudinis vocabulo nominantur. 5. 89
- Matrimonium Sacramentum est totum ac plenum, quantùm ad partes essentielles, in contractu per verba de præsentibus, copula autem pars essentialis non est. 5. 91
- Matrimonium inter beatissimam Virginem, & S. Ioseph, verum coniugium, sine vlla copula fuit. 3. 91
- Matrimonio soli inuenimus in Scripturis tributum nomen Sacramenti. I. 290. habemus etiam nomen Sacramenti, ritum externum, id est, contractum visibilem inter virum & fœminam, institutionem diuinam, & gratiam annexam. I. 294
- Matri-

Matrimonio conuenit definitio Isidori & Magistri, 1. 50. vi.
de 17. & 227.

*MATRIMONIUM non Sacramentum,
& illegitimum.*

Matrimonium fuit ab initio mundi, & nunc etiam est apud infideles, vt contractus ciuilis, & in officium naturæ; sed non fuit, nec est verum Sacramentū, nisi in Ecclesia, apud Christianos. §. 72. 76. 109. 149. & 184

Opinio contraria, videlicet apud Iudæos in lege veteri fuisse etiam Sacramentum, & à Christo non tam institutum, quàm confirmatum, tūc defendi non potest. §. 83. 86

Matrimonium in statu innocentiae fuit institutum in officium naturæ; in statu naturæ corruptæ fuit illi additum vt esset remedium; in lege noua à Christo institutum fuit in Sacramentum. §. 85

Post baptismum autem siue iterum contrahant, siue persistent in contractu antiquo, ille consensus mutuus signo aliquo, aut saltem ipsa copula expressus, Sacramentum coniugij facit in iis, qui iam post baptismum capaces Sacramentorum effecti sunt. §. 103

Matrimonium fidelium, cum altera, vel altero, viuentis prioris coniuge dimissa, quacunque ex causa, omnibus seculis fuisse illicitum. §. 173

Matrimonium cum ea, quam vir antè polluit per adulteriū, quibus casibus sit irritum. §. 227

Matrimonia sine sacerdote, aut testibus contracta in foro exteriori dicuntur illegitima. §. 93. & 121

Matrimonij materia & forma.

Matrimonium si consideretur dum fit, tota eius essentia in signis exprimentibus consensum mutuum consistit; corpora autem coniugum non concurrunt nisi vt materia circa quam. §. 104

Matrimonium si consideretur iam factum, & celebratum, ipsi coniuges simul cohabitantes siue externa coniugum societas, & coniunctio, est materiale symbolum externū representans Christi & Ecclesiae indissolubilem coniunctionem. §. 10. 117

Materia

Materia & forma Sacramenti Matrimonij est res naturalis, si physicè consideretur; & supernaturalis, si sacramentaliter. §. 117

Deus an possit dici auctor matrimonialis coniunctionis. §. 210.

Materia non solùm circa quam, sed etiam ex qua Sacramentum matrimonij constat, sunt personæ cōtrahentes. §. 105

Materia Sacramenti matrimonij est coniunctio legitimarū personarum, quæ sint autem legitimæ personæ, Ecclesia determinat, & eo modo materiam, & fundamētum præparat Sacramenti matrimonij. §. 101

Materia Matrimonij se tenet ex parte suscipientis. l. 228

Matrimonij forma.

Matrimonij forma quomodo ex Scripturis monstrari possit. §. 108

Matrimonij forma sunt ipsa verba coniugum consensum vtriusque significantia. §. 105. & 110

Illa verba: Ego te accipio in meam, possunt esse, & sunt forma & causa Sacramenti matrimonij; sed non sunt ipsa Matrimonium. §. 116. & 118. Matrimonium enim definitur maris & fœminæ coniunctio, indiuiduam vitæ consuetudinem retinens. §. 118

Matrimonij verba determinata sunt, quæ mutuū consensum sufficienter exprimant, siue id pluribus, siue paucioribus vocibus fiat. §. 117

Matrimonij verba à sacerdote prolata non sunt de essentia matrimonij. §. 109

Ad Matrimonium consensus internus non sufficit sine signo externo. l. 89. §. 189

Matrimonij Minister.

Matrimonij Sacramentum, quia contractus etiam est, non eget alio Ministro præter ipsos contrahentes, qui mutuū consensus significatione contractum efficiunt, vnde & inter absentes, inter mutos, & per procuratorem celebrari potest. §. 98. 113. & 135

Matrimonij Ministri sunt ipsi coniuges contrahentes à quibus forma pronunciat, in qua cōsensum suū inuicem exprimūt. Minister verò Ecclesiasticus ex decreto Ecclesiæ requi-

N

requi-

requiritur, vt consensum coniugum exquirat, & eundem approbet, & declaret; & benedictione sacerdotali confirmet. §. 106. 109. 110. 113. & 120

Matrimonij Sacramentum ministrantes in peccato mortali, an peccent mortaliter. §. 120

Antequam Matrimonium contrahatur, multi laudabiliter peccatorum suorum confessionem præmittunt. §. 115

Matrimonij finis, effectus, & bona.

Matrimonij fines quatuor, susceptio & educatio proles; domestica societas, & communicatio operum, quæ ad vitam necessaria sunt; vt sit coniugium in remedium cõtra concupiscentiam; & vt sit Sacramentum Christi & Ecclesiæ. I. 271. §. 18. & 129.

Matrimonij Christiani quatuor bona, contra quatuor mala, quæ sine gratia Dei in Matrimonio euitari non possunt. §. 75

In matrimonio multa sunt, quæ animum à rebus diuinis necessariò auocant. §. 90. & 91

Ad onera matrimonij toleranda pecunia accipi & dari potest in contractu ciuili, qui in Matrimonio consideratur. §. 100.

Matrimonij vnitas.

De Matrimonij vnitate, siue de polygamia, quæ vnitati opponitur, multarum vxorum successiuè & simul. vide §. 122. v. Polygamia. Nuptiæ, & vxor.

Matrimonij firmitas.

Vide v. Diuortium.

Matrimonium infidelium solubile est, etiam quoad vinculum, si alter coniugum cõuertatur ad fidem, & alter nolit cohabitare sine iniuria creatoris, quia coniugium illud Sacramentum non erat. §. 148. 184

Imò Paulus non tantùm permittit coniugi deserto ab infideli aliud Matrimonium inire, sed etiam permittit simpliciter, etiam si cohabitare velit; solùm enim consulit, nõ autem præcipit vt coniux fidelis non dimittat coniugem infidelem, si is cohabitare velit. §. 148. 149

Matrimonium legitimum, & consummatum ante Baptismum contractum, potest dissolui; non autem potest dissolui

- solui si post Baptismum contrahatur. §. 80. & 149
- Matrimonium non soluitur propter hæresim; cum tamen hæresis species infidelitatis sit, quia illud Matrimonium est contractum post Baptismum, & ideo insolubile, quia Sacramentum. §. 149. & 184
- Matrimonium fidelium consummatum, an solubile sit quoad vinculum variæ sententiæ adferuntur. §. 158
- Matrimonium consummatum inter fideles, solui potest quoad thorum, & cohabitationem, manente vinculo conjugali, quæ solutio dicitur diuortium. §. 150
- Matrimonium ratum non consummatum, soluitur etiam quoad vinculum per ingressum in religionem. §. 150
- Matrimonij inter fideles contracti, & consummati vinculum adeò est insolubile, vt neque causa fornicationis dirimi possit; & ideo viuente priore coniuge, nunquam est licitum ad alias nuptias aspirare. §. 161. 172. 175. & 176. vide etiam de hoc vinculo quod manet etiam in iis qui se mutuo separantur. §. 76. 77. & 80. neque potest solui quantumuis dirimatur potestate Ecclesiastica. §. 96
- Matrimonij omnimoda insolubilitas in vnis nuptiis, non potest referri in causam primariam, & certissimã, nisi in signum coniunctionis Christi cum Ecclesia, idque ex diuina institutione. §. 79. 80. & 175
- Vnio planè insolubilis vnus cum vna, viri & fœminæ est res Sacramenti matrimonij. §. 79. 96. 111
- Vnio quam significat & efficit Sacramentum Matrimonij, est vnio non solum corporum, sed etiã animorum per veram & diuinam charitatem, & proinde est vnio sacrans, & sanctificans animas, nisi ponatur obex. §. 96. 114. & 115.
- Matrimonij vinculum insolubile; cum sit res difficillima, habet etiam Dei gratiam ad superandam difficultatem, §. 80

Matrimonij impedimenta.

- Impedimenta quæ impediunt Matrimonium contrahendum, sed non dirimunt contractum, non aduersantur essentia Matrimonij, sed solennitati, aut ornamento alicui accidentario. §. 190. & 197
- Impedimenta, quæ impediunt contrahendum, & dirimunt

contractum, ipsi essentiae Matrimonij contraria sunt, & certis verbis continentur. 189. & alia, quæ ad hæc reuocari possunt, vide 191.

Aegritudo quod impedimentum sit. §. 147. & 182

An requiratur necessariò ad Matrimonium filiorum consensus parentum.

Solo consensu parètum; Matrimonium inter filios celebrari non potest; & ideo non potest pater filium ad coniugium cogere. §. 202

Filiorum consensus, etiamsi solus sit, ad Matrimonium firmum, ac ratum efficiendum sufficit, nec potest à parentibus, vel à Magistratu Matrimonium irritari. §. 203

In Matrimoniis quæ fiunt inuitis parentibus, nihil deest eorum quæ ad essentiam Matrimonij pertinent. §. 203

Ad Matrimonium contrahendum non requiritur necessariò consilij maturitas, sed solùm vsus liberi arbitrij. §. 204

Solam pubertatem in contrahentibus, canones exigunt. §. 204. 212. 213.

Matrimonium seruorum inuitis Dominis firmum, ac ratum est. §. 204

Præceptum de Matrimonio filiorum parètibus potius datur in Testamento veteri, quàm filiis. §. 206

Ad Matrimonium non solùm consensus; sed consensus liberrimus contrahentium exigitur. §. 207

Matrimonium vt sit verum & ratum requiritur materia & forma à Deo instituta; vt autem sine peccato, immò cum meritò, & laude celebretur, requiritur vt coniuges maturo consilio, & de sententia maiorum simul contrahant. §. 210

In contrahendo Matrimonio debent obedire filij parentibus, si iustè, & secundum Deum agere velint; & ideo qui id non faciunt, peccant, sed non continuò Matrimonium est irritum. §. 211

Matrimonium non solùm vt Sacramentum, sed etiam vt ciuilis contractus, ratum erit licet contra patris præceptum contrahatur. §. 211

Lex ciuilis non multum refert, quid in hac parte statuerit, cùm Concilium Tridentinum definiens Matrimonium inui-

inuitis parentibus contractum, modò non sit clandestinum, ratum esse. §. 213

Matrimonium vt sit verum & ratum requiruntur dicta. vt aurem Deo sit gratum, & ipsis coniugibus vtile, media à Deo instituta sunt, parentum & amicorum consilia, matuta deliberatio, & sacerdotis benedictio. §. 213

Raptus est impedimentum impediens contrahendum coniugium, sed non dirimens contractum. §. 216

Matrimonij impedimenta, quæ inhabilem simpliciter faciunt contrahentem, id est, votum, & ligamen.

De impotentia coëundi, & ligamine cum vxore iam ducta clarum est esse huiusmodi impedimenta. §. 216. 232

Ordo sacer ideo censetur impedimentum, quia ex decreto Ecclesiæ annexum habet votum solenne castitatis. §. 217

Votum simplex impedit Matrimonium contrahendum, nõ autem dirimit post ipsum votum contractum. §. 217. 218

Votum solenne iure Ecclesiastico & positiuo dirimit matrimonium post ipsum votum solenne celebratum. §. 220. & seq. 223. & seq. Ecclesia autem non solum potuit hoc impedimentum statuere, sed etiam causam habuit id statuendi. §. 225

Ligamen sponsaliorum non dirimit sequens Matrimonium. §. 218. & seq.

Qui sponsalia cum vna contraxit, adhuc est sui iuris, cum se nulli donauerit, licet donaturum promiserit, & licet peccet frangendo fidem: tamẽ matrimonium cum altera per verba de præsentem, tenet. §. 219

Qui vxorem alicui diuitem aut nobilem promittit, si ea talis non sit, grauiter in proximum peccat; matrimonium tamen contractum irritum non erit. §. 219

Ecclesia potest huiusmodi contractus legitimos, vel illegitimos decreto suo reddere, personas habiles, vel inhabiles efficiendo, atque hoc non est mutare Sacramenti essentiam, sed ratum vel irritum facere contractum humanum; qui in Sacramento Matrimonij perquiritur. §. 225

Potestas impedimenta Matrimonij constituendi, maximè propriè ad principẽ Ecclesiasticum pertinet, ad politicum

autem non pertinet, nisi cum consensu, & subordinatio-
ne ad principem Ecclesiasticum. §. 225. & 226

De impedimento criminis.

Impedimentum est si quis cum ea coniugium contrahat, quã
polluit per adulterium. & in tribus casibus tantum hoc
est verum, extra quos non dirimitur matrimonium inter
adulteros contractum. §. 227

Crimen homicidij sine adulterio dirimit Matrimonium,
quando in morte alterius coniugum procuranda conue-
niunt qui inter se coniugium inire cupiunt. §. 228

De cultus disparitate.

Matrimonium inter fidelem, & infidelem, non est irritum
iure diuino, naturali vel positivo, vel certè aliqua lege Ec-
clesiæ. §. 232. & seq.

Matrimonium inter fidelem & infidelem non baptizatum
irritum est ex more populi Christiani, vim legis obtinen-
te. §. 235

Potest summus Pontifex, si causa id postulet, cum fidei di-
spensare, ut cum infideli Matrimonium contrahat. §. 236

Exempla sanctorum, qui in lege naturæ, in lege scripta, & in
lege gratiæ cum infidelibus matrimonia inierunt §. 233.
234. & quibus modis respondere possit ad hæc exépla. §. 236

Cultus disparitas in lege veteri erat impedimentum dirimēs
saltem intra certas nationes. §. 235

Maior est cultus disparitas inter Christianos, & infideles,
quàm inter Iudæos & infideles. §. 235

De impedimento cognationis, quid sit cognatio, & quot e-
ius gradus. §. 226. 227. & 240

Sententiæ adferuntur intra quos gradus cognatio, siue eti-
am affinitas Matrimonij contractum iure impediatur. §.
244. & seq.

Ratio supputandi gradus cognationis, qua utuntur sacri ca-
nones optima est. §. 252

Non obligant iure diuino Christianos præcepta omnia, quæ
de gradibus habentur in Leuitico. §. 256

Gradus præfixi in Leuitico primus scilicet & secundus. §. 241

Intra eundem gradum non omnia Matrimonia erant illi-
cita in Testamento veteri. §. 261. 262. 263

Ex pœnis inflictis contrahentibus in gradibus prohibitis in
Leuitico, nō sequitur omnia illa pœcepta esse naturalia,
cū etiam in iudicialibus, & cœremonialibus addantur
similes pœnæ. §. 272

Matrimonium in primo gradu affinitatis & consanguinita-
tis in linea recta pœna mortis puniebatur. §. 259. 271

Matrimonium in primo gradu affinitatis in linea transuer-
sa. §. 259. 260

Matrimonia in secundo gradu consanguinitatis in linea
transuersa. §. 259

Matrimonium cum vxore fratris sui iam defuncti sine libe-
ris præcipitur à Domino Deuter. 25. & tamen ab eodem
Leuit. 8. prohibetur tale Matrimonium. quomodo con-
cilientur hæc duo loca. vide §. à pag. 264. & sequentib.
271. 274.

Summus Pontifex iure dispensauit cum Rege Anglorum,
vt vxorem fratris sui defuncti accipere posset. §. 265.
vide 267.

Innocentius III. dispensauit vt in Liuania retinere possent
vxores fratrum defunctorum. §. 275

Soluuntur argumenta quibus hæretici probare conantur
omnia pœcepta Leuitici de gradibus cognationis esse
naturalia, & proinde indispensabilia. §. 269.

Ordo coniugiorum iure naturæ prohibitorum. §. 256.
264. 277. 279. 280.

Matrimonia in his gradibus indispensabilia sunt ab homi-
ne, quia putamus à Deo dispensabilia esse ista coniugia o-
mnia, in quouis gradu. §. 276. 278

Omnia & sola ista coniugia puniuntur in Leuitico vltimo
supplicio. & nulla extant exempla sanctorum veterum,
qui in his gradibus contraxerint; neque vnquam ab Ec-
clesia facta est talis dispensatio, quamuis non defuerint,
quæ eam aliquando quærent. §. 278

Omnes gentes aut à coniugiis prædictis naturaliter abhor-
rent, aut si quæ sunt, quæ iis indulgent, ab aliis feræ &
barbaræ iudicantur. §. 279

Rectè Catholica Ecclesia coniugia prohibuit olim vsque ad
septimum, postea verò vsque ad quartum gradum con-
sanguinitatis, & affinitatis. §. 286. vide etiam §. 242

- Ecclesia potest leges ferre de gradibus cognationis, & causam habuit cur eiusmodi leges ferret. §. 286
- Matrimonij leges non sunt merè politicæ, sed etiam spirituales. & Christus de Matrimonio aliquas leges tulit, cum sustulit polygamiam, & repudium. §. 288
- Matrimonij lex non erat admodum restringenda populo Hebræorum, & quæ illi concedebatur non debet nobis esse communis. §. 288
- Lex de prohibitionem vsq; ad septimum gradum nō fuit incognita antiquitati, & exempla adducuntur. §. 289
- Matrimonium vsq; ad quartum gradum restringitur, quia experientia docet, non posset hoc tempore tot graduum prohibitionem sine ingenti dispendio conseruari. §. 300
- Accedit cōgruentia ex quatuor humoribus, quibus homines constant. §. 301
- Cognatio spiritualis, (quæ ex Baptismo, & Confirmatione oritur) & legalis (quæ ex adoptione) publica iustitia (quæ ex sponsalibus) & affinitas ex fornicatione, meritiò ab Ecclesia inter impedimenta Matrimonij referuntur. §. 301. vide præterea §. 243. & 302.

De duobus impedimentis non dirimentibus, id est, de interdicto, & tempore feriato.

- Per Ecclesiæ interdictum intelligitur Matrimonium clandestinum quod non solum prohibitum est in Concilio Tridético, sed planè irritatum, ac illegitimum redditum est. vide §. 203. & seq. 208. & seq.
- Tempus feriatum temperavit Trident. videlicet ab Adventu Domini vsq; ad Epiphaniam, & à die Cinerum vsque ad octauam Paschæ solennes nuptias interdixit. §. 294
- Illis temporibus nō interdicitur celebratio Matrimonij per verba de præsentibus; atque etiam consummatio; sed solennis tantum sponsæ deductio, & publica pompa. §. 296

De causis Matrimonialibus.

- Quædam sunt omnino politicæ, vt de dotibus, de successio- nibus, de hæreditatibus, &c. & hæ ad Magistratum politicum simpliciter pertinent. §. 297. 298
- Quædam sunt omnino spirituales, vt de partibus Sacramenti,

menti, de benedictionibus, &c. atque hæ ad solam Eccle-
siam pertinent. 5.298

Quædam partim sunt politicæ, partim spirituales, vt de gra-
dibus, de diuortijs, & hæ ad Magistratum politicum per-
tinere possunt, sed cum subordinatione ad Ecclesiasticum:
simpliciter autem ad principem Ecclesiasticum pertinet.
5.298.299

De ceremoniis Sacramenti coniugij.

Matrimonij ritus, & cæremoniæ iudicant rem esse sacram.
5.81

Matrimonij cæremonia externa est ipsa externa & visibilis
coniunctio viri & fœminæ, quæ per solènia verba coram
Ecclesia fieri solet. 5.87. & 88

In Matrimonio duplex est benedictio sacerdotalis, & neutra
est de essentia Matrimonij, & neutra est Sacramentum. 5.
119.120.121

Matrimonij cæremoniæ habentur. 5.300

S. MATTHIAS curante consecrationem in canone cum alijs
Apostolis non sit nominatus. nominetur autem post con-
secrationem. 3.890

MEDICORVM more non curabant Prophetæ & Apostoli.
5.11

MEDIUM sufficiens ad salutem, est mandatorum observa-
tio. 4.168

Melchisedech.

MELCHISEDECH vt Abrahamo maior, illi benedixit. 3.
645.652. & 655

Melchisedech an dederit panem & vinum comedendum A-
brahæ, an solùm Deo obtulerit, & postea dederit. 3.563.
644.658

Illum, aliquod sacrificium obtulisse etiam habet canon
Missæ. 3.881

Melchisedechi sacrificij mentio nusquam habetur nisi Gen.
14. eius autem sacerdotij varijs in locis. 3.640.644

Eius sacerdotium & sacrificium fuit figura sacerdotij Chri-
sti, & sacrificij incruenti ab eo instituti. 3.640.641.
671.

N 5 Eius

- Eius panis & vinum intelliguntur non pro prophanis cibis, sed sanctificatis, & Deo prius oblatis. 3.628.645.658
- Eius sacrificium incruentum, purum, & simplex fuit sub specie panis & vini, & per se panem & vinum in sacrificium obtulit. 3.640.655
- Melchisedechi, & Christi comparationes. 3.653. vide 3.655
- Cetera quæ dicuntur de Melchisedecho sunt cõmunia cum aliis: Videlicet quod benedixerit. 3.645.652.655
- MEMENTO** Domine quoties habeatur in scriptura. 3.872

Mendacium.

- MENDACIA** multum valent ad auctoritatem detrahendam. 1. pag. 6
- Mendacia & calumniæ hæreticorum circa Sacramenta. 1. pag. 6. & seq.
- Mendax & falsarius, qui corrumpit Dei verba, aut præcepta. 1.341

Meritum.

- MERITVM** humanum vocatur opus ex solo libero arbitrio factum. 4.189
- Merito de condigno & simpliciter, respõdet merces ex iustitia, merito aut de congruo, respõdet ex benignitate. 4.190
- Merita vnus non possunt alteri conferre primam gratiam certò, & infallibiliter. 1.257
- MERITVM** Passionis Christi, est vera, atq; vnica peccatorum medicina. 4.31
- Merita Christi quomodo applicantur in diuersis Sacramentis. 3.534
- Merita Christi quibus applicantur, omnes saluantur. 1.274
- Ex merito passionis Christi an veteres Patres iustificati sint. 1.235
- Aliter per Christi intercessionem, & merita; & aliter per Sanctorum merita, & preces, nos à Deo misericordiam expectamus, & petimus. 3.796. & 797
- MILITES** priuati aliquando appellabantur Imperatores. 3.180
- MIMVS** quidam, cum gratia irridendi mysteria Christianorum Baptismum postulasset, per iocum accedit ad Baptismum; seridò deinde baptizatus est. 1.66

Minister.

Minister.

- Hereses circa Ministrum Sacramentorum. 1.130. & seq.
- Minister Sacramentorum homo esse debet, non autem Angelus, siue bonus, siue malus. 1.134
- Minister verus Sacramentorum (Baptismo, & Matrimonio exceptis) non est quilibet homo etiam baptizatus, sed is solum qui ritè in Ecclesia ordinatus est. 1.136
- Minister Sacramentorum operatur virtute, & auctoritate diuina. 1.151
- Minister nō est præcipuus auctor in Baptismo, sed Christus. 1.151.188.208. & 225
- Minister quod instrumentum sit. 1.161. & 169
- Duobus modis homo ministrat Sacramenta. 1.217
- Ministri fides & probitas non requiritur, vt Sacramenta efficacia esse possint. 1.145. & sequentib. item 70.71. errores in contrarium habentur. 1.146. & seq. quomodo autem concurrant Ministri potestas, voluntas, & probitas. 1.178
- Ministri actio dantis Sacramentum propriè est actio sacramentalis. 1.126
- An in ipso ministro sit virtus operatiua efficièter, & instrumentaliter, vt est in Sacramentis. 1.163. & 225
- Ab hominibus instrumentaliter dari potest Spiritus sanctus. 1.217. vide 1.153
- A dignitate Ministri pendent Sacramenta, si de dignitate Ecclesiastica loquamur, secus si de morali. 2.200
- Ministri Sacramentorum intentio qualis. 1.117. supra v. Intentio, & vbi de Ministro Baptismi.
- Ministri intentio requiritur ad determinandam indifferentiam formæ Sacramentorum. 1.160. requiritur etiam, quia est instrumentum animatum, & ratione vtens, & instrumentum per voluntatem, & intentionem, quæ si tollatur, desinit esse instrumentum. 1.162.169
- Intentio quantum ad substantiam, vel quantum ad effectum illius actionis sacramentalis. 1.168
- An ab intentione Ministri pendeat efficacia verborum. 1.163. vide 1.170
- Intentio finis in Ministro est intentio actionis perfectæ. 1.159

In Mini-

- In Ministro non requiritur necessariò actualis intentio, nec sufficit habitualis, sed virtualis requiritur, & sufficit; quãuis danda sit opera, vt actualis habeatur. 1.158
- MIRABILIA in inferno. 3.313
- Mirabilia quæ narrantur de Archimede. 3.282
- MIRACVLA ad confirmandam fidem, confirmant auctoritatem proponentis fidem. 1.59
- Miracula rectè adhibentur ad probandum Deũ aliquid promississe. 1.79
- Miracula initio Ecclesiæ necessaria erant ad fidem plantandam & nutriendam. 2.158
- Miracula non semper necessariò pendent à fide. 5.17
- Miracula quibusdam verbis faciebant Christus, & Apostoli, quæ non à quocunque prolata fuissent, eandem vim habuissent. 1.135
- Miracula Christi refert scriptura. 1.290
- Miracula Christus Dominus operabatur variis modis. 3.558
- Miracula septem in confirmationem veritatis corporis Domini in Eucharistia. 3.333. & seq. vide alia. 3.266. 273. 567. 573. & 823
- Miracula ostensa vt credamus in specie panis esse corpus, etiam cum sanguine. 3.544. & 577
- Miracula de penetratione corporum. 3. à pag. 304. & seq.
- Miracula facit Deus nõ solùm per se, sed etiam per Ministros suos. 4.412
- Miracula quæ fiunt ad sepulchra Martyrum, quomodo fiât. 3.799
- Miracula vt intelligerentur fieri virtute Dei, ad illa patrâda utebantur Prophetæ, & Apostoli rebus noxiis natura sua, aut certè non salutaribus. 5.12
- Miracula vt dicantur actus nostri, inauditum est. 4.263
- Miraculorum donũ qui habent, efficaciter imperant morbis, & Dæmonibus. 1.162
- Miraculorum, & linguarum donum, non dabatur omnibus per manus impositionem Apostolorum. 2.155
- In Miraculis Christi non requirebatur, vt homines scirent modum quo curandi essent, satis erat vt scirent, & crederent tactum simbriæ, verbi gratia, adferre sanitatem. 1.174
- Missæ*

Missæ sacrificium.

Vide v. Sacerdotium, v. Sacerdos, & v. Sacrificium.

- Missa, huius vocis antiquitas, & etymologia contra hæreticos. 3.614
- Missæ est vox latina, & à latinis primùm vsurpata in celebratione mysterij Eucharistiæ, Græci *λειτουργία* dicunt. 3.616
- Missæ sacrificium Syri, & Moronitæ Chaldaica lingua celebrant idque *ܡܫܗܘܩܐ*, id est, sanctum seu sacrum appellant. 616
- Variæ acceptiones voculæ Missa. 3.616. & 619
- Missæ olim vocabatur collecta. 3.849
- Missæ, incruenta latria vocatur. 3.718. 721
- Missæ vocatur etiam iuge sacrificium, quia iugiter, & quotidie celebratur. 3.678. 793. 797
- Missæ etiam dicitur Dei datum, & donum. 3.883

Missæ an sit sacrificium.

- Explicatur status controuersiæ, & sententiæ adferuntur Catholicorum & Hæreticorum. 3.637. vide alias hæreses dicentes: Missam nō appellari sacrificium. 3.677. 679. 705. 709. 710. 711. 713. 721
- In Missæ offerri Deo verè, & propriè corpus, & sanguinè Domini, sub specie visibili panis & vini, verumq; sacrificium, probatur fuisse. I. testimonio scripturarū. 3.640. & seq. II. testimonio Patrū. 3.709. III. ratione. 3.729. soluuntur obiectiones. 3.738. & seq.
- In qua parte Missæ propriè consistat essentia sacrificij Missæ. 3.753
- Corpus & sanguis Domini sunt id sacrificiū, quod in Missa propriè offertur, & sacrificatur. 3.755
- Panis, & corpus Domini, vinum, & sanguis Domini, nō sunt duo sacrificia, sed vnum. 3.755. vide 3.527. & 484
- Oblatio panis, & vini cōsecrationem præcedens, ad integritatem, & plenitudinem sacrificij pertinet; non tamen ad essentiam. 3.756 vide 3.484
- Oblatio quæ sequitur consecrationem ad integritatem sacrificij similiter pertinet, non ad essentiam. 3.757
- Fractio

- Fractio Sacramenti ad essentiam non pertinet, sed solum ad integritatem. 3.757
- Sacramenti consumptio, vt à populo fit, non est pars sacrificij, vt autem fit à sacerdote sacrificante, pars est essentialis, sed non tota essentia. 3.757
- Consecratio Eucharistiæ ad essentiam sacrificij pertinet. 3.758. vide 3.808.
- Missæ sacrificium est verè secundum ordinem Melchisedech, tum quia est incruentum, tum quia Missa Christum representat in specie panis & vini, quod autem substantia interior sit diuersa, non refert. 3.657.658
- Missæ sacrificium successit sacrificio Aaronico, & Iudaicis sacrificiis. 676.677
- In omni loco offerri debere prædicitur. 3.679.684.688.694
- Deo placet, atque ita mundum est vt nullius Ministri malicia pollui possit. 3.683.684.691
- Est etiam oblatio noua, quæ antea non fuerat in vsu Iudaicis. 3.684.694
- Necessarium est ad religionem constituendam, ad Deum cultu supremo, & illi soli debito honorandum, & ad sacrificium crucis commemorandum. 3.701.745
- In Missa Christus non moritur, nisi in Sacramento, seu in signo representante vnicam illam mortem quam aliquando obiit. 3.748
- Missæ sacrificium nõ est noua Testamenti Christi institutio, sed est repetitio illius eiusdem, quod Christus aliquando fecit, & sua morte confirmauit, & Apostolis frequentari mandauit in cœna. 3.673.748.753.766.778
- Missæ sacrificiũ est oblatio Eucharistiæ ex pane & vino confecta, & causa huius sacrificij est memoria passionis Domini, & gratiarum actio. 3.686
- Primarius finis huius actionis & sacrificij est Deum immediatè colere cultu illi soli debito, nempe patriæ. 3.706.718.721.817. sacrificium Missæ fieri nequit, nisi panis consecretur & consumatur. 3.453
- Missæ sacrificium probatur verum & proprium ex altaribus. 3.705, vsque ad 709. & 722. vide 761
- Missæ sacrificium licitum est Deo offerre solis sacerdotibus. 3.712

Missæ

- Missæ sacrificium propriè dictum, debet esse in Ecclesia iisdem de causis, quibus Hebræi sacrificium propriè dictum habebant. 3.733.734
- Missæ sacrificium offertur in persona Christi. 3.761.776
- Missæ sacrificium offertur à Christo, ab Ecclesia, & à Ministro, sed non eodem modo. 3.771.&777
- Missæ sacrificium habet quatuor conditiones veri sacrificij. 3.700.701
- Sine hoc sacrificio religio consistere nõ potest. 3.778. item 3.729. vsque ad 732
- Missæ sacrificium si non esset, nullum restaret sacrificium propriè dictum in Ecclesia. 3.731.732
- Missam esse sacrificium, orbis terræ credidit, ab annis vt minimum mille etiam aduersariorum testimonio. 3.736.737
- Missæ sacrificij substantiã à Christo instituta demonstratur. 3.752. item 3.511.& 711
- Apostoli ritum celebrandi ordinarunt, & præter orationem Dominicam, quam subnectebant consecrationi, multa alia addiderunt. 3.757
- Ad Imperatorem non pertinet leges ferre de ritu sacrificandi. 3.823
- Missæ sacrificium, verum est, & tamen non exigit hostiæ occisionem. 3.749
- Christus potest dici consumere hoc Sacramentum, quatenus ad consummandum tradit. 3.758
- Missæ sacrificium potest vocari sacrificium spirituale, non quod non sit verè & propriè sacrificium, sed tum quia à Spiritu sancto est, non ab humano sensu excogitatum; tum etiam quia non constat victima terrena, sed cœlesti, non carnali modo per gladium & ignem, & sanguinis effusionem, sed modo spirituali per verborum benedictionem, & consecrationem sacrificatur. 3.689. 691. & 694
- Missæ oratio, & sacrificij oblatio, propriè ad Patrem dirigitur; & tamen totum sacrificium toti Trinitati offertur. 3.850
- Panis & vinum offertur in sacrificio Missæ, vt sit materia sacrificij propitiatorij. 3.868.869
- Sacer-

Sacerdos autem orat, ut illa oblatio panis & vini sit materia sacrificij futuri, & ut eam benedicat, & sanctificet Deus. 3. 876. 877. 878

Item ut Deus benignè respiciat munus iam sanctificatum, ut à nobis offertur. 3. 880. & ut omnes utiliter sumant. 3. 883

In sacrificio Missæ duplex oblatio, & duplex acceptatio. 3. 872

Missæ sacrificium ad Deum per manus Angeli deferri nihil aliud est, nisi Angelorum intercessione iuvari, & commendari Deo nostrum obsequium, & cultum, quem illi immolando adhibemus. 3. 882. 886

Missæ sacrificiū quod Deo vero immolatur in terris, in cælo recipitur. 3. 882. hoc autem deferri in cælum, spiritualiter intelligendum est. 3. 887

Missæ an sit propitiatorium sacrificium.

Missæ sacrificium non solum propitiatorium est pro pœnis, sed etiam pro culpis, nec pro culpis leuibus, sed pro grauibus atque adedò mortalibus. 3. 753. 754. & sequentib. vide 3. 774

Missæ sacrificium non est opus nostrum, sed Christi. 3. 695. 699. 702. 738

Missæ sacrificium non est in iniuriam crucis, neque potest tolli aut dici superuacaneum, ob infinitum valorem, & sufficientiam sacrificij crucis. 3. 744. & seq.

Missæ sacrificium applicat precium, & fructū mortis Christi, & sacrificij Crucis, & remittit peccata in ordine ad illud idem sacrificium crucis. 3. 744. & seq. Item 3. 773. 775

Missæ sacrificium dicitur hostia pro peccato. 3. 746. & offertur in nostram utilitatem. 3. 717. & offertur pro peccatis viuorum & defunctorum. 3. 543. 728. & ut sacrificium peccata remittit. 3. 766. Item pro pœnis tollendis. 3. 775. & vsque ad diem iudicij durabit, quia postea nō erunt, quibus peccata remittantur. 3. 768

Missæ an sit impetratorium sacrificium.

Missæ sacrificium est impetratorium spiritualium, & temporalium

poralium beneficiorum: vnde pro peccatis, pro pœnis, pro
impetratione omnis generis beneficiorum offerri potest.
3.734.769.770. & seq. 777. vide etiam 3.522. & 817

Missæ sacrificij efficientia.

Missæ sacrificium non habet vim solùm, aut potissimum ex
opere operantis, sed etiam ex opere operato. 3.772.773

Missæ sacrificium nõ habet vim ex opere operato ad modum
Sacramentorum. 3.773

Missæ sacrificij valor finitus est. 3.776

Missæ sacrificium impetrat vt ex merito sacrificij crucis de-
tur hominibus gratia, & donum pœnitentiæ per quod ho-
mo ad Sacramentum accedere velit, & per illud iustifice-
tur. 3.774. & 779. prodest impœnitentibus per modum im-
petitionis. 1.181

Missæ sacrificium in quo differat à sacrificio crucis, & cur va-
lor sacrificij crucis sit infinitus, & valor sacrificij Missæ sit
finitus. 3.656.775. & 777

Missæ plurimæ ad eandem rem impetrandam offeruntur, quia
valor Missæ finitus est. 3.776

Missæ sacrificij efficacia licet infallibilis sit: multis tamen de
caussis euenire potest, vt non operetur auxilium diuinum,
vel non impetret beneficia temporalia. 3.779. & 780

Missæ sacrificium pro quibus offerri debeat & possit.

Missæ sacrificium certum offerri posse pro iis qui sunt intra
Ecclesiam. 3.780

Offerri etiam potest indirectè pro iis qui sunt extra Eccle-
siam. 3.781. & præsertim pro Regibus Paganis, siue Ethni-
cis. 3.782. quorum exempla habentur. 3.779.780

Pro damnatis & paruulis defunctis sine baptismo non po-
test offerri. 3.778. neque pro excommunicatis, & conse-
quenter pro hæreticis directè & expressè offerri non po-
test. 3.782

Oratio pro defunctis in sacrificio Missæ ex Apostolica tra-
ditione. 3.861. & 864

Missæ sacrificium annuum pro defunctis. 3.786.787.815

In Missæ sacrificio petimus à Deo, tum vt Sanctos pro nobis
orare faciat, tum vt illos pro nobis orantes exaudiat. 3.795.

796

○

In

In Missæ sacrificio Sanctos nominamus, vt pro eorum victoria Deo sacrificium gratiarû actionis offeramus. 3. 793. 796

De Missis priuatis.

Missâ priuata dicitur à loco. 3. 800. 801. à tempore in profectis diebus. 3. 801. 802. à fine pro aliqua re particulari. 3. 802. 807. à paucitate eorum qui intersunt. 3. 803. similiter dicitur priuata à distinctione publicæ, & solennis, quæ dicitur in summo Altari. 3. 804. 805. denique dici potest priuata, in qua solus sacerdos communicat, & hanc præsertim nolunt vlllo modo admittere hæretici, contententes nunquam posse Deo sacrificium offerri, quâdo nulli adsunt qui communicare velint, sed eorum argumenta soluuntur. 3. 808. & probatur dictam Missam priuatam esse licitam. 3. 805. & 806. vide i. pag. 12.

De Missæ sacrificij essentia est consecratio, & consummatio. at dispensatio nec est de essentia, nec de integritate, sed solum suo loco & tempore necessaria. 3. 808

Et licet hæc dispensatio Eucharistiæ post sacrificium fuerit in vsu. 3. 808. non tamen sequitur Missam sine communionem populi esse illicitam. 3. 809. vel eos qui Missæ intersunt & non communicant, nihil utilitatis capere. 3. 809

Prodest enim adstantibus, & iis qui non communicant; sed tantum intersunt, audiunt, & cum deuotione spectant, quod agit sacerdos. 3. 811. vide etiam 3. 802. 807

In Missa multi communicant spiritualiter. 3. 805

Missâ nostrâ non excludit communicâtes, immò optat Concilium Tridentinum, vt qui adsunt communicent. 3. 810

Neque vnquam est priuata actio sacerdotis, sed semper est communis toti Ecclesiæ, quia à communi Ministro pro communi omnium utilitate offertur. 3. 814

Missæ sacrificio debet adesse vnus qui respondeat. 3. 807. 815

Missæ interesse iussi sunt omnes laici singulis diebus dominicis vsque ad sacerdotis benedictionem. 3. 811

Reprehenduntur qui sacrum non frequentant. 3. 219

Missæ vnus celebratio, vno tantum in loco, in feria V. coenæ Domini. 3. 815

Sacrificium occultum dicitur sacrificium schismaticorum. 3.

Ter facta celebrant sacerdotes in die Natalis Domini. 3.392

De genere linguae.

Ad Missam pertinent lectio Scripturarum, & publica oratio; Sacramenti Eucharistiae consecratio & dispensatio, & sacrificij oblatio. atq; hæc oblatio magis in re, quam in verbis consistit. 3.816

Hæc oblatio vera & realis est illa actio, qua corpus Domini ad Dei honorem offertur in Altari, etiam si verbis non dicatur, offero, vel offerimus. 3.701.760.817

Missæ sacrificium non est offerendum lingua vulgari. & incommoda quæ inde orirentur. 3.817.818

Missæ præcipua pars est secreta, neque sunt omnia necessariò in Missa alta voce pronuncianda, neque id repugnat institutioni Christi, vt aliqua submissa voce dicantur. 3.818. & sequent.

Missæ sacrificium verè erit externum, & sensibile, etiam si verba, quibus id efficitur, sentiri non possunt. 3.820. verba requiruntur vt victimæ præsentiam nobis exhibeant. 3.820. hæc verba instituit Christus, vt re ipsa exhiberentur, libertate relicta Ecclesiae, vt modum recitandi constitueret. 3.821

Missæ non nisi in locis Deo sacratis celebrantur. 3.831

Pœna sacerdotum celebrantium post cibi sumptionem 3.837. & Dei vindicta in illos. 3.838

Missæ sacrificium nos manè offerimus ad celebrandam resurrectionem Domini; Christus autem vesperi celebravit, quia sic prædictum fuerat à Prophetis. 3.836

De ceremoniis Missæ.

Quid sentiant hæretici. 1. pag. 12. 3.824. & seq.

Multæ ceremoniæ sunt ex traditione Apostolica, quæ traditio cum incipiat post Ascensionem Christi, non mirum si in vltima cœna Domini non fuerint adhibitæ. 828

Tota essentia sacrificij Missæ à Christo instituta est, & proinde sine his ceremoniis, quas Ecclesia addidit, fuit celebratum verum & ratum sacrificium. 3.828

Ceremonias, quæ Missam præcedunt, esse antiquas & pias. 3.829. Has in specie vide. 3.829. 830. & 831

- Cæremoniæ quæ fiunt in Missa, & in actione consistunt 3.839
 De iis quæ referuntur ad Deum. 3.839. & 840
 De iis quæ referuntur ad sacrificium. 3.840. & 841
 De iis quæ sunt erga populum. 3.841
 De iis, quæ erga ea quæ leguntur in Missa. 3.841
 De iis quæ sunt communes multis rebus. 3.842. 843. & 844
 De iis quæ recitantur in Missa Catechumenorum. 3.845
 De Psalmo, Iudica, & Confessione. 3.845. 846
 De Introitu, qui constat ex Antiphona, Psalmo cum Gloria.
 3.840. & de aliis ad Missam pertinentibus. vide 3.847. & seq.
 vsque ad 866
 De veritate primæ orationis Canonis, quæ incipit:
 Te igitur clementissime Pater. vsque ad illud; Hanc igitur
 oblationem. 3.866. & seq. vsque ad 876
 De veritate secundæ orationis Canonis, quæ incipit:
 Hanc igitur oblationem seruitutis nostræ. 3.782. 876
 De veritate tertię orationis Canonis, quæ incipit:
 Quam oblationem tu Deus in omnibus benedictam, ad-
 scriptam, ratam, acceptabilemque facere digneris. 3.499.
 866. 877. vsque ad 880
 De veritate quartæ orationis Canonis, quæ incipit:
 Vnde & memores Domine nos serui tui. 3.757. 880. 884. vs-
 que ad 888
 De veritate quintæ orationis Canonis, quæ incipit:
 Memento etiam Domine, &c. 3.888
 De veritate sextæ orationis Canonis, quæ incipit:
 Nobis quoque peccatoribus. & extenditur vsq; ad Per om-
 nia secula seculorum. 3.889. 890 & 891
 De IV. parte Missæ, hoc est, de oratione & sequentibus omni-
 bus. 3.892. vsque ad 897

Monogamia.

MONOGAMIA, id est, vxoris vnitas. vide infra v. Polygamia.
 5.126

Monogamia etiam ab Ethnicis obseruata. 5.135

MONTANI hæreses à quibus conscriptæ. 2.151. vide 4.237

Mors.

MORS ipsa sæpe infligitur homini in pœnam alicuius pecca-
 ti actualis (esse autem in vniuersum, pœnam peccati origi-
 nalis dubium non est.) 4.345. 346. 347
 Mors

- Mors imminens siue per martyrium, siue alia ratione excitat peccatorum recordationem. 4.172
- In articulo mortis si non adsit, qui recõciliet, per veram contritionem, cum desiderio Sacramenti percipiendi iustificatur homo. 4.154
- Nunquam homo magis indiget auxilio, & præsidio, quàm in articulo mortis. 5.22

Mors Christi.

Vide v. Crux. & v. Passio.

- MORS Christi significata per cinerem vaccæ rufæ. 1.196
- Mors Christi concurret in Sacramentis, vt causa meritoria. 1.177.208. vide etiam 1.13. & 66
- Mors Christi repræsentatur in Baptismo, Eucharistia, & sacrificiis Iudæorum. 1.280
- Repræsentatur in Baptismo. 1.37.66.159.239.264.280. 2.5.14. 62.65. & 86. In Eucharistia verò. 3.574
- Mors Christi sacrificium fuit propriè dictum. 3.633.
- De morte Christi in genere, erant solliciti Hebræi. 3.457
- Mors Christi non fuit Testamentum, sed confirmatio Testamenti. 3.100. vide v. Testamentum.
- Mors Christi totum præcium nostræ redemptionis acquisiuit, & propterea nos omnes à morte redẽpti sumus, quod attinet ad sufficientiam præcij pro omnibus persoluti, & per sacrificium Missæ præcium illud applicatur. 3.750.751
- Mors Christi, quæ per se ad omnia peccata abolenda sufficeret, nemini prodest, nisi per fidem, & Sacramenta, ceteraq; instrumenta diuinitus instituta, singulis applicetur. 4.412. vide v. Crucis sacrificium. & v. Sanguis.
- Morte vnica Christus peccata totius mundi purgauit, & cœli aditum omnibus hominibus patefecit. 3.746. vide 4.419

Moses.

- MOSSES promulgator legis veteris. 1.141. & cur lex vetus dicatur Mosis. 1.129
- Moses pro populo idololatra orauit, & exauditus est. 4.212
- Mosis præcepta de gradibus in cognatione prohibitis. 5.259. & seq.
- Mosis pœna propter peccatum. 3.349
- Mosis mors. 4.346. Mosem occidere voluit Dominus, quia

- filium suum non circūciderat. 1. 253. vide etiam 2. pag. 42. 43
MOTIO, & vsus Dei in Sacramentis. 1. 226. 227
MOTVS nouos, & inclinationes similes actibus fidei, & dilectionis dari in baptismo paruulorum, est merum figmentum. 2. 69. 73. & 80

*Mulier.*Vide suprā v. *Fœmina.*

- MVLIER** dicitur à Paulo saluari per filiorum generationem. id est, in filiorum generatione. 5. 73
Mulier, & vir, pares sunt quantum ad fidem, & debitum coniugale. 5. 131
Mulieris nomine intelligimus coniugatam. 5. 169
Mulieris vnius occasione, magna infamiæ nota ordini sacerdotali aliquando iniusta est. 4. 319
Mulieri præcipitur ne ipsa sit causa diuortij. 5. 170
Mulierem esse voluit Deus, vt propagari posset genus humanum. 5. 196. 197
Mulierem omnino non tangere, & vsq; ad finem vitæ cœlibatum colere, in Testamento nouo durum non iudicatur. 5. 195
Mulieribus concionandi munus non conuenit, cum earum sit subesse, non præesse. 1. 142. prophetare aliquando ex gratia gratis data illis conuenit. 1. 141. baptizare etiam possunt in casu necessitatis, & ex permissione, non ex officio. 1. 143. offerre autem sacrificium non possunt. 3. 712
A mulieribus quæ requirat B. Paulus. 5. 74
MVNDA TIONIS omnis vis vnde oriatur. 1. 107
MVN DVM Deus conuertit per homines rudes. 1. 127
MVSICA instrumenta, quando in Ecclesia adhiberi cœpta sunt. 3. 842
MVTATIO formæ sacramentalis sex modis contingere potest. 1. 115. & seq.

Mysterium.

- MYSTERI** etymologia, & notio. 1. 28
Mysterij nomen in scriptura reperitur. 1. 24
Mysteria difficiliora ad credendum. 3. 290
Mysteria aliqua vtiliter, & non frustra facta, licet non absolute necessaria. 3. 339. 341
 Myste-

Mysteriis multis fidei hoc est commune, vt tantum habeamus ex scripturis esse aliquid: & tamen ignoremus modum. 1.174.225

N.

Natura.

NATURA humana in Christo non est confusa cum diuinitate. 3.293

Naturarum diuersarum prædicatio. 3.356

NECESSITAS quotuplex. 1.120. & seq. 2.15

Quam necessitatem habeant singula Sacramenta. 1.121.125

Neophyti.

NEOPHYTI tria Sacramenta eodem die percipiunt. 1.303. & 309.2.163.165. 3.440.528

Neophytorum vestis alba quod genus cæremoniarum fit. 1.316.2.164

Neophytos hortatur Augustinus, vt credant corpus Domini in Eucharistia. 3.252. Initia Neophytorum. 4.83

NESTORIS hæresis. 3.374

NINIVITARVM conuersio & pœnitentiâ. 4.112.117.124.161. 186.233.351.353.362. & 398

NISI, hæc particula quomodo vsurpetur. 5.180.182

NOE diluuium fuit figura baptismi. 1.193.195

Noë sacrificium & sacerdotium. 3.630.661

Nomen.

NOMINA fingere in rebus diuinis periculosissimum est. 1.27

Nomina noua imponere, licuit Conciliis certis de causis, vt de nomine $\delta\mu\omega\acute{\sigma}\alpha\varsigma$, $\delta\epsilon\omicron\tau\acute{\omicron}\nu$, & transubstantiatio. 3.394.

395. & stultum est de nomine litigare, cum de re constat. 3.394

Nomen autem operis operati nullam habet nouitatem, nisi quod est contra regulam grammaticæ. 1.175

Nomen mutatur pani post Consecrationem. 3.257. vide 3.173.179.197.199. & 227

Nomina imponuntur baptizatis. 2.141

Nomina substantiua, quæ dicuntur de Christo, siue eius cor-

- pore extra Sacramentum, dicuntur etiam de ipso vt est in Sacramento. 3.26
- Nomina adiectiua quæ dicunt ordinem ad corpora circumstantia, non dicuntur de Christi corpore, vt est in Eucharistia, licet dicantur de eo, vt est in cælo; alia verò dicuntur. 3.26
- Nomina substantiua significant naturam rei, abstrahendo à modo. 3.26
- Nomine Christi aliquid facere, in scriptura intelligitur auctoritate Christi facere. 1.95
- In nominibus, & pronomibus, Hebræi non habent genus neutrum. 3.86
- NORVEGIS concessum vt sine vino sacrificarent. 3.576

Numerus.

- NVMERVS septenarius Sacramentorum respondet numero peccatorum, & numero virtutum. 1.301
- Numerus septenarius Sacramentorum an legatur in Scripturis & Patribus. 1.290.301
- Numeri septenarij celebritas in expiationibus. 1.301
- In mysteriis numerorum, non fuit tam curiosus S. Augustinus vt Calvinus dicit. 1.306

Nuptiæ.

- NVPTIÆ dicuntur à velamine, quo sponsi à sacerdote in Ecclesia operiuntur. 5.301
- Nuptiæ secundæ, immò & tertiæ, & quartæ, & aliæ deinceps, sunt licitæ, & vera matrimonia, atque aded Sacramenta. 5.124
- Nuptiæ secundæ, aliquid minus bonum est, quàm in viduitate permanere. 5.125
- Nuptiæ secundæ post diuortium concedi non possunt. 5.186. & qui ad illas transierunt, mortaliter peccauerunt. 5.187. & viuente coniuge ad alias nuptias transire non licet. 5.148. 161.187.190.191
- Nuptiarum secundarum celebritati interesse prohibentur Presbyteri. & reprehenduntur, qui celebritatē, quæ primis nuptiis debetur, etiam secundis adhibent. & simul à veteribus Patribus ob signum incontinentiæ, aliqua pœnitentia dabatur iis, qui sæpe Matrimonia contrahebant. 5.124.187. Nuptiis

- Nuptiis secundis benedictio non datur, quia benedictio in primis nuptiis data, non perit. 5.119.124
 Nuptias esse bonas, & esse à Deo, probatur. 5.66

Nutritio.

- NUTRITIO animæ, & præseruatio à peccatis, est præcipuus effectus Eucharistiæ. 3.523. vide de hac nutritione animæ. 3.52.92.117.118.173.176.328.329
 In spiritali refectioe, non distinguitur cibus, & potus, sed vna & eadem res, & nutrit, quod est cibi officium, & refrigerat, siue irrigat, & inebriat mentem, quod est officium potus. 3.549.552.557
 Nutritionis spiritalis signum, quod sit. 3.173.176.433. & 549
 In liturgiis Græcorum petitur, vt panis ille consecratus per effectū nutritionis spiritalis fiat etiam nobis corpus Domini. 3.500
 NVTVS aliquando vicem verborum tenent. 189.97.331.5.115.118. & 120

O.

Obedientia.

- O B E D I E N T I A anteponitur sacrificiis. 1.340
 Inobedientiam suam quomodo Adam compensauit. 4.374
 O B I C E M ponere in Sacramentis, quid sit. 4.170

Oblatio.

- O B L A T I O est genus ad sacrificium. 3. 630. & in quo differat. 3.627. & 632
 Oblatio externa est sacrificium. distinguitur autem duplex oblatio. 3.630
 Oblatio Christi cruenta in cruce, quia sufficientissima, & infiniti precij, non repetitur. ceteræ quia finiti valoris, repetuntur. 3.659
 Oblatio Christi per se, vel per suos Ministros, non quidem cruentè sed aliquo modo, necessaria est ad æternum Christi sacerdotium. 3.659. & 660
 Oblatio & immolatio dicenda est illa actio, qua Christi corpus ad Dei honorem super mensam ponitur, vt consumatur, (etiam si verbis non dicatur offero, vel offerimus) idq;

O 5 ad

- ad repræsentandam eiusdem Christi passionem. 3. 702. vide etiam 3. 701. 760. 817. 820. 884
- Oblatio panis & vini, vt sit materia sacrificij futuri, & vt eam benedicat, & sanctificet Deus, orat illum sacerdos. 3. 876. 878
- Oblatio panis & vini consecrationem præcedens ad integritatem, & plenitudinem sacrificij pertinet; non tamen ad essentiam. 3. 756. vide quæ sit ista oblatio in offertorio. 3. 839
- Oblatio panis consecrandi, non iisdem verbis facta est à Christo, atque à nobis fit. 3. 756
- Oblatio quæ fit post consecrationem. 3. 880
- Oblatio quæ fit cum participatione corporis Domini, non definit esse vera & realis oblatio, licet sit alterius oblationis commemoratiua. 3. 720
- Oblatio gentium, oblatio fidei, sacrificia sunt improprie dicta. 3. 683
- Oblatio duorum minorum à sancta vidua facta. 3. 776
- Obtulit Christus peccata totius mundi, cum instar agni immaculati in cruce immolatus est. 2. 84. & 110
- Oblatio priuatorum hominum soli Deo facta excluditur à ratione sacrificij. 3. 632
- Oblationis nomine probatur nostrum sacrificium esse verum, & proprium sacrificium. 3. 681. 682. & seq.
- Oblationis Christi non quælibet iteratio excluditur, sed ea solum, quæ mortem ipsius requireret. 3. 746
- Oblationem visibilem Deo factam ministerio sacerdotis, reiciunt hæretici huius temporis, à sacrificio Missæ. 3. 637. 638
- Oblatione Eucharistiæ honoratur Deus cultu latria. 3. 706
- OCULORVM eleuatio Christo familiaris fuit. 3. 508. & 839
- ODIUM peccati. 4. 221

Oleum.

- OLEVM Catechumenorum. 2. 140. 144. 151
- Oleum balsamo admixtum eiusque consecratio. 2. 178. & 204
- Oleum, quo vtebantur Apostoli ad vngendos ægrotos. 5. 11. & 12. vide v. Vnctio extrema, vide etiam 5. 17. & 26
- Oleo comparatur Spiritus sanctus. 2. 180. gratia iustificans. 1. 272.

272. & charitas. 1.180. vbi aliquæ proprietates olei enum-
rantur.
- Oleo sacro vti solitus erat Pontifex in omni ferè consecratio-
ne Pontificali. 5. 61
- OMNES. hæc particula non semper in scriptura accipitur v-
niuersalissimè, pro omnibus hominibus, sed sæpe pro om-
nibus certi alicuius generis. 3. 579
- Omnis vtriusq; sexus. in his verbis non inesse barbariem pro-
batur. 4. 309
- OMNIPOTENTIA Dei. 3. 280. & seq.

Opus operatum.

- OPVS OPERATVM non est reprehendendum. 1. 174
- Opus operatum verè quid sit. 1. pag. 21. 175. 176. 177. vsque ad
182. & 236. 3. 772. & 896
- Opus operatum distinguitur à merito. 1. 15
- Opus operatum, quomodo excludat fidem, & motum inter-
num. 1. 179
- Ex opere operato duplex valor. 3. 772
- Ex opere operato conferunt gratiam Sacramèta nouæ legis.
1. 177. 187. & seq.
- Ex opere operato nullum Sacramètum legis naturæ aut scri-
ptæ iustificauit. 1. 237. & seq. sed vtilia fuerunt ex opere o-
perantis. 1. 239. & 241
- Ex opere operato confert gratiam tã baptismus aquæ, quàm
sanguinis. 2. 33
- Ex opere operato signum crucis operatur in dæmonibus ter-
rendis. 1. 321

Opus bonum, & satisfactorium.

- OPERA, quæ dicuntur vitæ, sunt opera iustitiæ, bona, ac vitæ
æternæ meritoria. 4. 200
- Opera non imputantur meritoria vitæ æternæ, sine charita-
te. 4. 203
- Opera iustorum sunt meritoria vitæ æternæ. 4. 372. 373. quo-
modo dicantur iustificare. 1. 235. & esse testimonia adeptæ
iustitiæ. 1. 63
- Opera bona cum fide magis profunt quàm sola fides. 3. 341
- Opera

- Opera bona, quæ à nobis fiunt, non intelliguntur nomine sacrificij à Malachia descripti. 3. 680. & 681
- Opera bona, seu opera virtutum, non sunt sacrificia propriè dicta. 3. 621. & 622
- Opera bona Deo offerre, commune est omnibus piis hominibus. I. 140
- Opera bona pœnalia per spiritum Christi facta, ex condigno reatum pœnæ temporalis expurgant. 4. 405
- Opera nostra cooperantur tum in prima remissione peccatorum, quæ fit in baptismo; tum in secunda in pœnitentiæ Sacramento per modum impetrationis & dispositionis. 4. 410
- Opere nostro, ex diuinæ gratiæ auxilio procedente, salutem adipisci possumus. 3. 893
- Opera laboriosa, quibus reatus pœnæ temporalis expiatur, spontè suscipi possunt. 4. 351. bonis autem operibus posse redimi reatum pœnæ temporalis. 4. 348
- Opera laboriosa, seu pœnalia, quæ fiunt ad redimendam pœnam temporalem, cuius reatus sæpe remanet post culpam dimissam, verè satisfactoria dicuntur, atq; illis verè & propriè Domino satisficit. 4. 365. 368
- Opera laboriosa, quæ cum Dei auxilio fiunt à pœnitentibus, siue ex congruo, siue vt dispositiones, concurrunt, & profunt ad culpæ remissionem, & mortis æternæ liberationem. 4. 401
- Opera laboriosa iustorū ad reatum pœnæ temporalis requiruntur, vel saltem eorum votum. 4. 427. 428
- Opera satisfactoria esse orationem, ieiunium, & eleemosynam. 4. 360
- Opera supererogationis sunt Deo gratissima. 4. 362. 363
- Opera consilij & supererogationis, potest homo iustus facere per Dei gratiam. 4. 400
- Opera Pœnitentiæ & afflictionis, suscepta pro animabus defunctorum. 2. 37
- Operum bonorum, quæ post culpæ remissionem fiunt, præmium est plena peccatorum remissio, quoad omnem pœnæ reatum. 4. 418
- Opera quæ fiunt in peccato mortali, neq; sunt satisfactoria, neque

- neque vnquam futura sunt, etiamsi is, qui ea fecit, in gratiam Dei redeat. 4.406
- Opera mala, an valeant accusare credentem. 2.91
- Opera seruilia prohibebantur in festo azymorum: non tamē opera pieratis. 3.452. & 463

Oratio.

- Προσευχή, id est, oratio, dicitur ab εὐχῆ, id est, vorum, quia solent præmitti vora, id est, promissiones & oblationes ante orationem, vt oratio facilius impetret. 3.775
- Oratio similitudinem habet cum incenso. 3.681. 690. 691. 843
- Oratio potest esse meritoria, & satisfactoria: tamen ex se, & ex proprio officio est impetratoria. 3.775. vide quomodo comparetur sacrificio Missæ. 3.775. 776. & quod sit opus satisfactorium vide 4.360. & seq. & 473. & seq.
- Ad orationem reuocantur, quæ Deo proximè exhibentur, vt laudes, gratiarum actiones, Contritionis & Confessionis actus. 1.316. 4.361
- Oratio non est sacrificium propriè dictum. 3.681. 682. 712. 713
- Oratio sacerdotis instituta est in veteri lege, ad facilius impetrandum. 1.85
- Oratio sacerdotis tanquam persona publica pro vniuerso populo. 1.144
- Oratio prodest impœnitentibus per modum impetrationis. 1.181
- Oratio est cæremonia immediatè cultus Dei. 1.316
- Oratio vocalis est cultus Dei. 1.330
- Oratio prodest ei, pro quo fit, etiamsi ille non adsit, nec sciat, quid agatur. 3.806
- Oratio ad cœlum expansis manibus. 3.839. 840. vide etiam. 1.330. & 3.683
- Oratio flexis genibus exemplo Domini, & aliorum. 1.316. 331. & 3.840
- Oratio peccatoris pœnitentis, non est inanis apud Deum; sed eum placat, & veniam impetrat. 4.187
- Oratio fieri potest pro omnibus quantumis pessimis peccatoribus in hac vita. 4.219
- Oratio difficulter exauditur pro peccato ad mortem, id est, graui.

- grauissimo, ex illorum videlicet genere, quæ ordinariè nõ
 remittuntur. 4. 222
 Oratio, quæ fit pro remissione peccatorũ ab eo qui nondum
 habet charitatem, non est frustra. 4. 233
 Oratio serui Dei aliquando non exauditur, aliquando verò
 exauditur. 4. 349
 Oratio fieri potest pro dormiente, indeuoto, & impœnitente.
 3. 895
 Oratio fidei aliquando intelligitur oratio dictata à fide, &
 quæ sola fide intelligitur. 5. 17
 Oratio nostra ad Deum ascendit per Christum. 3. 882
 Oratio Sanctorum, est vnum ex mediis nostræ salutis. 3. 795
 Oratio an dirigatur ad Sanctos in Missæ sacrificio. 3. 794
 Oratio Deo fit, vt gratiam habeat orationem. 3. 683
 Orationis actibus, cum speciali Dei auxilio factis, mereri ali-
 quo modo possumus ipsam remissionem peccatorum, &
 gratiam bene operandi. 4. 189
 Orationi, quomodo scriptura tribuat vim iustificandi. 4. 164
 Orationes offerretium paruulos ante Baptismũ, non gignunt
 fidem in paruulis, vt somniauit Lutherus. 2. 68. & 72
 Orationes nostræ pro nobis ad Deum, & Sanctorum preces
 pro nobis, non sunt superuacaneæ. 3. 797
 Orationes & audes Deo offerre, commune est omnibus pijs
 hominibus. 1. 140
 Ad orationem multum confert ieiunium. 3. 838
 Ad orationem adhibita est manus impositio. 5. 36
 Solis precibus homines iustificari, nõ Sacramentis, fuit hæ-
 resis Messalianorum. 1. pag. 3. & 183
 Integro anno aliqui in oratione stabant. 4. 364. integro die.
 4. 362
ORATIO DOMINICA ita composita est, ac si dicenda esset
 solũ à multitudine congregata. 3. 814
 Orationem Dominicam addebant Apostoli post consecra-
 tionem Eucharistiæ. 3. 490. 753. 757. 785. 786. & 861
 Orationem Dominicam, aliqui ad canonem Missæ pertine-
 re sunt opinati. 3. 892. legitur autem post canonem, & ha-
 betur in omnibus liturgiis. 3. 892
 Oratione Dominica potest satisfieri pro peccatis venialibus.
 4. 391

ORDINIS Romani liber antiquissimus, & quo tēpore scriptus. 3.573. & 864

Ordinis Sacramentum.

- ORDINATIONEM Sacramentum esse probatur ex diuinis literis. 5.34
- Ritus, externumque symbolum in hoc Sacramento est manus impositio. 5.34.55
- Mandatum, & institutio. 5.35.38.1.294
- Ordinationem Sacramentum esse à Christo institutum. 5.38.
39. Deinde probatur ex traditione Ecclesiæ. 5.40. ex ratione. 5.43
- Ordinatio vocatur à Græcis *χειροτομία*, id est, manus impositio. 5.36. & 57. & cur semper à Paulo ordinatio vocetur manus impositio. 2.187
- Ordinatio vera non habetur apud hæreticos, vnde ab illis ordinati cessare debent ab executione ordinum, ac si ordinati non essent. 3.513.514.515.5.39
- Ordo an excellat omnibus Sacramentis in aliquo particulari. 1.313. & cur ponatur sexto loco. 1.313
- Ordo necessarius est, non singulis hominibus, sed ipsi Ecclesiæ in vniuersum, necessitate mediij simpliciter, posita diuina institutione. 1.123
- Ordo imprimi Characterem. 1.270. & non potest repeti si sit semel ritè collatus. 1.270.278.279.280
- Ordo sacer impedimentum est dirimens contractum Matrimonium. 5.217
- Ordines omnes sunt Sacramenta. 5.52.53
- Ordinis sacerdotum institutio, Episcoporum quidem in Apostolis, & Presbyterorum in LXXII. discipulis. 5.50
- Ad sacros ordines non possunt promoueri Bigami. 5.125
- In ordinatione Presbyterorū confertur potestas consecrandi Eucharistiam, quæ dicitur potestas in corpus Christi; & potestas absoluendi à peccatis, quæ dicitur potestas in corpus Christi mysticum. 5.43.57
- Ordinationem Presbyterorū conuenit inter omnes Catholicos, esse verè & propriè Sacramentum. 5.44
- Ordinatio episcopalis Sacramentum est verè & propriè dictum. 5.44. & seq. & est cęremonia imprimens nouum characterem spiritualem, & conferens gratiam. 5.45.46
- Ordi-

Ordinatio episcopalis integra confurgit ex duplici ordinatione, & character episcopalis, & perfectus, nō est vna simplex qualitas, sed quid compositum ex duplici caractere. 5.48. vide v. Episcopus.

De Diaconatu, & subdiaconatu. vide v. Diaconi. 5.49. & 53

Ordinationis materia est aliquod signum sensibile. 5.54

Ordinationis forma sunt illa verba quæ dicuntur, dum illud signum exhibetur. 1.96.5.54

Non solū instrumentorum porrectio, vt calicis, & patenæ in Presbyteratu, & libri Euangeliorum in Diaconatu; sed etiam manus impositio est materia essentialis Sacramenti Ordinis. 5.54. & seq.

In manus impositione ordinatoria datur gratia, & Spiritus sanctus ad potestatem ministrandi Sacramenta. 2.172

Duæ cæremoniæ præcipuæ conferuntur ab Episcopo in ordinatione, porrectio patenæ cum hostia, & porrectio calicis cum vino, cum illis verbis; Accipe potestatem offerendi sacrificium, &c. altera est post Missam, nimirum manus impositio, cum illis verbis; Accipe Spiritum sanctum, &c. 5.58

Vtraque cæremonia est essentialis, & per vnā confertur vna potestas, & per alteram altera, siue sint duo characteres, siue vnus, qui in secunda cæremonia extendatur. 5.58

Effectus Sacramenti Ordinis, est potestas spiritualis perpetua, in cuius signum imprimitur character, & datur gratia gratum faciens. 5.57

Ordinatio à muto, vel ab absente Episcopo conferri non potest. 5.113

Ordinatus Episcopus ab Angelis, S. Amphilochius. 1.134

Cæremoniæ ordinationis sunt vnctio, & rasura. 3.61.62

Origenes.

ORIGENIS hæresis, quòd omnia peccata Christianorū sint peccata in Spiritum sanctum, refutatur. 4.214

Item peccata non tolli per baptismum, sed tantūm tegi, tolli autem tandem per mortem, confutatur. 2.82

OSCVLVM altaris, osculū Euangelij, & Ministri, & per eum vniuersi cleri. 3.84

OTHO Imperator creatus ab Innocentio III. & deinde depositus ab eodem. 1.266

Otho-

- Othonis signum contritionis in morte. 1. 266
 O V I V M, seruatorum, & militum est signari caractere. 1. 271.
 275

P.

Pactum.

- P A C T V M factum cum Abraham de circumcidendis masculis. 1. 252
 Pactum Dei cum Hebræis confirmatum sanguinis asperfusionem. 3. 99. 672. & 673
 P A N I S seu vox ἀστὸς ab eleuando aut ab accidentali conditione sumpta est, aut nō dicitur ἀστὸς, quia eleuetur per fermentum; sed potius, quia eleuet naturam humanam nutriendo, & augendo corpora nostra. 3. 471
 Panis nomen apud Hebræos frequenter intelligitur omnibus. 3. 55. 135. & 399
 Panis nomen in scriptura commune est ad Azymum, & fermentatum. 3. 471
 Panis nomen variis modis accipitur apud Ioan. cap. 6. 3. 54. & 170
 Panis nomen variis modis accipitur à Paulo in eodem capite. 3. 134. 135. 399. 400
 Panis nomine mysticè intelliguntur sermones Christi, seu verba Dei non visibilia, sed audibilia. 3. 165
 Panis propositionis. 3. 109. 524. 527. & 552
 Panis quo roboratus est Helias. 3. 34
 Panis multiplicatio à Domino facta. 3. 49. 69. & 563
 Panis benedictio in Emaus. 3. 563. & 564

Panis Eucharisticus.

- P A N I S cur dicatur Eucharistia. 3. 135. 144. 172. 178. 256. 398
 Panis Eucharistiæ corpus Christi verum & mysticum significare debet. 3. 79
 Panis consecratus, ex multis granis tritici factus, significat vniionem fidelium. 3. 483
 Et quatenus constat ex farina & aqua, significat vniionem Christi cum Ecclesia. 3. 549

P

Panis

- Panis triticeus, est materia ex qua Sacramentum Eucharistiæ conficitur. 3.400.451.843. & quare. 3.176.179.401
- Panis & vini oblatio ante consecrationem in Missa. 3.484. & 756
- Panis & vinum offeruntur in sacrificio Missæ, vt sint materia sacrificij propitiatorij. & pro hoc orat sacerdos. 3.869.876. 877
- Panem fieri corpus Christi nõ petunt Græci absolutè in suis precibus post consecrationem; sed tantum vt fiat nobis, id est vtiliter. 3.500
- Panis & vini substantia tota conuertitur in corpus & sanguinem Domini, ita vt nihil substantiæ remaneat, sed sola accidentia. 3.345. refutantur errores. 3.350. & seq. explicatur, & probatur veritas. 3.363.369.388.391
- Contra hæresim de corpore panaceo. 3.347.355
- Contra impanationem. 3.345.346. & à pag. 369
- Panis substantia non pertinet vllò modo ad rationem Sacramenti Eucharistiæ. 3.173. & 400
- Panis mutatur quoad internam substantiam, non quoad exteriorè naturam, & proprietates accidentium. 3.259
- Panis conuertitur in corpus Christi: non autem dici potest, transit ad corpus Christi. 3.405
- Panis mutatio in corpus Christi, fit diuina virtute. 3.208
- Panis quoad speciem exteriorè est in altari, vt oculi rectè iudicant, quoad interiorè substantiam, est corpus Christi, vt fides rectè iudicat. 3.252.261
- Panis benedictus, & benedictione mutatus, à Domino datus est in cœna. 3.69.86.581.585.754
- Panis dicitur corpus Christi, non quod sit signum corporis, sed quod nutriat animas nostras instar panis. 3.159
- Panis Eucharistiæ non est figura corporis Domini, sed quod olim fuit figura in Testamento veteri, nempe panis, nunc in corporis veritatem est mutatum. 3.161
- Panis desinit esse panis post consecrationem. 3.197.199.200
- Panis Eucharistiæ, post consecrationem non est communis panis, sed panis mutatus, & non triticeus; panis cœlestis, id est, corpus Christi. 3.145.146.159.170.194.207.215.463.270. 373.407.494.495. & 590

- Analogia inter panem & corpus Christi, non requirit ut panis verè nutriat. 3.173. & 402
- Panis Eucharistiæ cur dicatur caro, & cur caro Domini dicatur panis. 3.178. & 179
- Panis Eucharistiæ vocatur corpus Domini; ut ex nominis mutatione intelligamus & credamus rei mutationem. 3.258. vide 3.398
- Panis ritè consecratus, verè & propriè est Sacramentum, siue sumatur, siue seruetur in pixide. 3.423. & seq.
- Panis consecratus, si fortè in calicem decidat, non solet frangi, sed relinqui ita integrum vsque ad sumptionem. 3.757
- Panis intingebatur olim sanguine Domini pro ægrotis, & pro aliis, quæ intinctio postea damnata est. 3.597
- Panis & corpus Domini, vinum & sanguis Domini non sunt duo Sacramenta, sed vnum. 3.755
- Panis Eucharisticus non in secessum vadit. 3.223
- Panis conuersio in corpus Christi, & significatio verborum simul tempore complentur. ordine tamen naturæ inuicem se præcedunt, & sequuntur. 3.89
- Panis substantia in Eucharistia non annihilatur, sed in melius commutatur. 3.200. 365. 401. 403. 404
- Panis substantia desinit esse in instanti, quod instans non potest assignari, vel notari, nisi negatiuè. 3.418
- Panis & vini symbola, seu signa rectè dicuntur corpus typicū & symbolicum, accipiendo symbolū rei sacræ, id est, corporis Christi præsentis in Eucharistia. 3.169. vide quæ dicuntur 3.178. & 2228
- Non est absurdum vocari panem figuram corporis Domini ante consecrationem, licet nondum sit Sacramentum. 3.201
